

ANNO QUINTO



Dat. die 13 Julii
1762 Ann V.

CCXCIV.

Facultas tribuitur Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, ut quousque in eo munere versatus sit, Provinciales, Diffinitores, aliosque Ministros Provinciales una vice pro qualibet Provincia ipse nominare possit, si id ipsarum Provinciarum necessitas exegerit.

Dilecto filio Petro Jannetio de Molina Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Ministro Generali,

Clemens Papa XIII.

Dilecte Filii salutem,
et Apostolicam Benedictionem

Recensentur
incomoda ob-
venientia ex
electione eor-
um, qui mi-
nus idonei, et
digni reputan-
tur ad oneris
munera su-
beunda.

§. 1. **C**um sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulis Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci, cujus tu Minister Generalis existis, quando ministrorum Provincialium, et Diffinitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciae regimini, et reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus idonei, et minus digni, et ad reformationem omnino inepti, vocem, sive suffragium habentes, malitia temporum sic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur.

Ministro Ge-
nerali jus tri-
buitur electio-
nis eorum, qui
magis opportu-
ni illi videntur
pro uniuscu-
jusque Provin-
ciae bono.

§. 2. Nos præmissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum ejusdem Ordinis statui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, de cujus fide, prudentia, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in

Domino confidimus, ut in eisdem Capitulis Provincialibus, quando necessitas, bonumque dictarum Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, tu solus, juxta datam tibi a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Diffinitores, aliosque officiales, una vice in quacumque Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendam, celebrandumque erit, ante celebrationem Capituli Generalis Ordinis prædicti, nominare, et deputare libere, et licite possis, et valeas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, quam etiam facultatem tuo arbitrio, vel augendam, vel minuendam tuis Commissariis visitoribus delegandis, juxta rerum, et locorum exigentiam, in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris tribuere, et subdelegare possis, dicta auctoritate impertimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, et Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima tertia Julii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo Pontificatus Nostri Anno quinto.

Derogatio con-
trariorum.

Da. diezo Julii
1762. Ann. V.

CCXCV.

Breve Benedicti XIV. quo receptio Puel-
larum in Monasteriis Monialium Or-
dinis B. M. V. de Monte Carmelo
Discalceatorum, educationis causa
prohibebatur, revocatur, et novæ in
id provisiones statuuntur.

Clemens Papa XIII.

Ad futurum rei memoriam.

Recessetur
Breve Benedi-
cti XIV.

§. 1. **A**lias emanarunt a fel. rec.
Benedicto Papa XIV. prædecessore No-
stro, quædam in simili forma Brevis
literæ tenoris sequentis videlicet = Be-
nedictus Papa XIV. =

» Ad perpetuam rei memoriam,
• In specula Supremæ Dignitatis, Divi-
» na dispositione, meritis licet insuffi-
» cientibus constituti, inter multipli-
» ces, quibus rerum, negotiorumque
» varietatibus obruimur, curas, ad ea
» etiam ex debito Pastoralis officii No-
» bis commissi sollicitè intendere de-
» bemus, per quæ religiosa loca, il-
» lorumque personæ, divinis mancipa-
» tæ obsequiis, in pacis, et quietis am-
» nitate, ac regularis vitæ, et Ecclē-
» siasticæ disciplinæ norma, coadjuvan-
» te Domino, salubriter conservari va-
» leant, et quæ his contraria esse no-
» cuntur, per Nostræ providentiæ stu-
» dium, prænitens evellantur, prout per-
» sonarum, rerum, et locorum, eorum-
» dem qualitate pensata, conspiciamus
» in Domino salubriter expedire. Sane
» pro parte dilectorum filiorum mo-
» dernorum Præpositi, Diffinitorum, et
» Prioris Generalium Congregationis Ita-
» liæ Ordinis fratrum B. M. V. de Monte
» Carmelo Discalceatorum nuncupa-
» torum, Nobis expositum fuit, quod
» cum pluribus ab hinc annis consue-
» tudo introducendi, et admitteudi puel-
» las, etiam in minori ætate constitut-
» as, educationis causa in nonnullis Mo-
» nasteriis Monialium ejusdem Ordinis
» Theresianarum nuncupatarum irre-
» pserit, ex quo evenire solet, ut mo-
» niales sui Instituti observantiæ, non
» ita commode incumbere queant,
» quippe quæ, juxta constitutiones di-
» cti Ordinis auctoritate Apostolica con-
» firmatas, in silentio, secessu, et ora-
» tionis exercitio sese exercere debent.
» Ut autem in posterum religiosæ Mo-
» nialium prædictarum quieti consula-
» tur, omnisque distractionis præcida-

» tur occasio, dicti exponentes oppor-
» tune in præmissis a Nobis provideri,
» et ut infra indulgeri summopere de-
» siderant. Nos ipsorum exponentium
» votis quantum cum Domino possu-
» mus favorabiliter annuere, eosque
» specialis favore gratiæ prosequi volen-
» tes, et eorum singulares personas a
» a quibusvis excommunicationis, et
» interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-
» suris, sententiis, et pœnis quovis
» modo, et quacumque de causa latis,
» si quas forte incurrerunt hujus tan-
» tum rei gratia absolventes, et abso-
» lutos fore censentes, supplicationibus
» eorum nomine Nobis humiliter por-
» rectis inclinati, ne de cætero post
» quam puellæ, quæ de præsentī in
» quibusvis Monasteriis Monialium Or-
» dinis B. M. V. de Monte Carmelo
» Discalceatarum nuncupatarum educa-
» tionis causa, de hujus Sanctæ Sedis li-
» centia degunt, ad ætatem similibus
» educandis pro remanendo in Mona-
» steriis præscriptam pervenerint, ex
» eisdem Monasteriis exierint, ullæ
» aliæ puellæ cujusvis status, gradus,
» et conditionis sub quovis colore, præ-
» textu, causa, ratione, vel occasione
» eadem Monasteria educationis causa
» hujusmodi, nisi prius se in illo ha-
» bitu per Moniales Monasterii præ-
» dicti gestari solitum suscipere expres-
» se declaraverint ingredi; neque quæ-
» piam Priorissam, neque quispiam, qua-
» vis auctoritate, superioritate, officio,
» vel dignitate fungens, ullam puellam
» illuc educationis causa, præterquam
» habitum Monachalem hujusmodi su-
» scipere volentem introducere, et re-
» cipere, seu ut introducantur, et re-
» cipiantur permittere, aut consentire
» audeant, seu præsumant respective,
» sub excommunicationis latæ senten-
» tiæ, et quoad Regulares utriusque se-
» xus, vocis activæ, et passivæ pœnis, ip-
» so facto, absque ulla alia declaratione
» incurrendis, auctoritate Apostolica,
» tenore præsentium, perpetuo prohibe-
» mus, et interdicimus. Permittimus
» autem iis Priorissis Monasteriorum
» hujusmodi, in quibus consuetudo re-
» cipiendi, et admittendi puellas ca-
» de causa introducta fuerit, ut in iis
» tantum, si quæ puella pro primo lo-
» co vacaturo in Monialem admittenda
» sit, dummodo numerus Monialium in
» dicto Monasterio præscriptus non exce-
» dat, recipiatur saltem constituta in de-
» cimo secundo suæ ætatis anno com-
» plecto, et eo casu tamen omnium Mo-
» nialium dicti Monasterii consensus per

„ secreta suffragia præstandus, prævia
 „ Superiorum Generalium dictæ Congre-
 „ gationis pro tempore existentium licen-
 „ tia accedat. Decernentes, easdem præ-
 „ sentes literas semper firmas, validas,
 „ et efficaces existere, et fore, suosque
 „ plenarios, et integros effectus sortiri,
 „ et obtinere, et illis, ad quos spectat,
 „ et pro tempore quodcumque spec-
 „ tabit plenissime suffragari, et ab eis
 „ inviolabiliter observari; sicque in præ-
 „ missis per quoscumque Judices ordi-
 „ narios, et delegatos, etiam causa-
 „ rum palatii Apostolici Auditores, ac
 „ S. R. E. Cardinales etiam de latere
 „ Legatos, et Sedis prædictæ Nuncios,
 „ sublata eis, et eorum cuilibet qua-
 „ vis aliter judicandi, et interpretandi
 „ facultate, et auctoritate, judicari, et
 „ definiri debere, ac irritum, et inane
 „ si secus super his a quocumque, qua-
 „ vis auctoritate, scienter, vel ignoran-
 „ ter contigerit attentari. Non obstanti-
 „ bus constitutionibus, et ordinationi-
 „ bus Apostolicis, nec non quatenus
 „ opus sit, Congregationis, Ordinis, et
 „ Monasteriorum hujusmodi, etiam ju-
 „ ramento, confirmatione Apostolica, vel
 „ quavis firmitate alia roboratis, statu-
 „ tis, consuetudinibus; privilegiis quo-
 „ que indultis, et literis Apostolicis su-
 „ perioribus, et personis sub quibus-
 „ cumque tenoribus, et formis ac cum
 „ quibusvis etiam derogatoriis dero-
 „ gatoriis, aliisque efficacioribus effica-
 „ cissimis, ac insolitis clausulis, irri-
 „ tantibusque, et aliis decretis in ge-
 „ nere, vel in specie, ac aliis in con-
 „ trarium quomodolibet concessis, ap-
 „ probatis, et innovatis. Quibus om-
 „ nibus, et singulis illorum tenores,
 „ præsentibus pro plene, et sufficien-
 „ ter expressis, ac de verbo ad ver-
 „ bum insertis habentes, illis alias in suo
 „ robore permansuris, ad præmissorum
 „ effectum, hac vice dumtaxat specia-
 „ liter, et expresse derogamus, cæte-
 „ risque contrariis quibuscumque. Vo-
 „ lumus autem quod præsentium Li-
 „ terarum transumptis, seu exemplis,
 „ etiam impressis, manu alicujus Nota-
 „ rii publici subscriptis, et sigillo per-
 „ sonæ in Ecclesiastica dignitate constitu-
 „ tæ munitis, eadem prorsus fides adhi-
 „ beatur, quæ adhiberetur ipsis præsen-
 „ tibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Datum Romæ apud Sanctam
 „ Mariam Majorem sub Annulo Pesca-
 „ toris die vigesima octava Januarii
 „ Millesimo Septingentesimo quadrage-
 „ simo Primo, Pontificatus Nostri An-
 „ no Primo = A. Casd. Passioneus. =

§. 2. Cum autem sicut dilectus fi-
 lius Paulus a Sancto Joanne Chrisosto-
 mo, Modernus Procurator Generalis Or-
 dinis Fratrum B. M. V. de Monte Car-
 melo Excalceatorum nuncupatorum Con-
 gregationis Italiæ Nobis nuper exponi fe-
 cit, facultas Priorissis Monasteriorum
 hujusmodi, in quibus consuetudo reci-
 piendi, et admittendi puellas ea de cau-
 sa vigeat, concessa, et in iis tantum,
 si aliqua puella pro primo loco vacatu-
 ro in Monialem admittenda foret, reci-
 peretur, saltem constituta in decimo se-
 cundo suæ ætatis anno completo, expe-
 rientia vero compertum sit, quod ad-
 missiones, seu receptiones puellarum
 ætate hujusmodi constitutarum eidem
 Monialibus majores perturbationes affer-
 re solent, quippequæ præter educatio-
 nem multum adlaborare coguntur, ut
 ab iisdem puellis lænia vitia, seu læ-
 ves defectus in sæculo perceptos diri-
 mēre possint, et id minime accidere so-
 lebat, tunc quando puellas in minori
 ætate constitutas ea de causa recipie-
 bant, et admittebant, ac propterea eas-
 dem Benedicti prædecessoris prædicti li-
 teras per Nos annullari plurimum de-
 siderat. Nobis propterea humiliter sup-
 plicari fecit, ut sibi in præmissis op-
 portune providere, et ut infra indulgere
 de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur dictum Paulum
 Procuratorem Generalem, specialibus gra-
 tiis, et favoribus prosequi volentes, et
 a quibusvis excommunicationis, et inter-
 dicti, aliisque ecclesiasticis censuris,
 sententiis, et pœnis, quovis modo, et
 quacumque de causa latis, si quas for-
 te incurrit, hujus tantum rei gratia ab-
 solventes, et absolutum fore censentes,
 hujusmodi supplicationibus inclinati,
 præinsertas ejusdem Benedicti præde-
 cessoris literas, ac omnia, et singula in
 eis contenta, ex expressa, auctoritate
 Apostolica, tenore præsentium, cassa-
 mus, annullamus, et irritamus, ac cas-
 sas, nullas, et irritas, ac nullius robo-
 ris, et momenti fore, et esse, auctori-
 tate, et tenore præsentis decernimus,
 et declaramus.

§. 4. Decernentes, easdem præsen-
 tes literas semper firmas, validas, et
 efficaces existere, et fore, suosque ple-
 narios, et integros effectus sortiri, et
 obtinere, ac illis, ad quos spectat, et
 pro tempore quodcumque spectabit
 plenissime suffragari, sicque in præ-
 missis per quoscumque Judices ordi-
 narios, et delegatos etiam, causarum
 palatii Apostolici Auditores judicari, et
 definiri debere, ac irritum, et inane si

Preces par-
 reat pro revo-
 catione præce-
 dentium Lite-
 rarum, et cau-
 sas presentis
 postulata re-
 vocationis.

Pontifex præ-
 cedentes Lite-
 ras Benedicti
 XIV. revocat,
 et irritat.

Clausula su-
 blata, et de-
 cretum irritum

secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Volumus autem quod præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die vigesima Julii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCXCVI.

Derogatis veteribus Constitutionibus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, statuitur, ut Congregatio Provincialis semel inter triennium, et visitatio Conventuum, atque electio Guardianorum de sesquianno in sesquiannum haberi possint, et peragi.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. **L**onjuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ Pastoralis officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium, sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium, prospero statui consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Baptista Colambini Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, quod in Congregatione Generali ipsius Ordinis, Mense Maio proxime præterito habita, dilecti quoque filii Ministri Provinciales Provinciarum Italiæ dicti Ordinis pro dicta Congregatione celebranda in unum, una cum Diffinitorio Generali congregati, mature perpendentes, quod ipsæ Provinciæ parum, aut nihil proficiebant ex Visitationibus annualibus per Ministrum Provinciale pro tempore existentem singulo anno faciendis, minusque ex Congregationibus Provincialibus singulis itidem annis habendis, imo ex Visitationibus, et Congregationibus prædicti Conventus Provinciarum prædictarum ob magnos, ingentesque

sumptus, quibus subire oportet, magnum patiebantur detrimentum, totum id eidem Diffinitorio Generali exposuerunt; idem vero Diffinitorium Generale habita super præmissis matura consideratione, per secreta suffragia censuit esse Nobis supplicandum pro moderatione, et derogatione Constitutionum dicti Ordinis, ut Conventuum prædictorum indigentis provideatur. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, dictus Joannes Baptista Minister Generalis, licet per Constitutiones nuncupatas memorati Ordinis, cautum, præscriptumque reperiatur in Cap. I. Reg. tit. 5. num. 3. *novas Constitutiones nisi gravi de causa fieri prohibemus, quod si quidpiam pro temporum varietate statuendum sit, a solo Capitulo Generali statuatur* = In Cap. 8. Reg. tit. 16. num. 4. *ibique (in Congregatione Generali) seclusa Ministri Generalis electione, ac novarum Constitutionum sanctione, vel veterum abrogatione, sive moderatione, quæ non nisi de sexennio in sexennium in Capitulo Generali fieri possunt* = In Cap. 8. Reg. tit. 38. n. 8. *singulis autem quibuscumque sui Officii annis, Minister Provincialis, omnes, singulosque Conventus, et loca Provinciarum invisere teneatur; quod si absque legitimo impedimento, a Generali Ministro approbando, neglexerit, utraque voce ad triennium privetur* = nihilominus attentis Conventuum necessitatibus, easdem Constitutiones in præmissis per Nos moderari, seu illis derogari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Joannem Baptistam Ministrum Generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis informatione, et voto dilecti filii Nostri Prosperi S. R. E. Diaconi Cardinalis Columna de Sciarra nuncupati, ejusdem Ordinis apud Nos, et Apostolicam hæc sanctam Sedem Protectoris, Nobis factis, exhibitisque, non obstantibus omnibus, et singulis in Constitutionibus Urbanis prædictis supra expressis, et contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium

Indulget Pontifex ut triennio quovis tantummodo Provinciales Congregationes, et Guardianos eligant, seu confirmet de sesquianno in sesquiannum, si que etiam visitationes peragant.

Reconsentur incomoda obvenientia ex Visitationibus Annualibus Provinciarum, itemque ex Congregationibus Provincialibus annuatim convocandis, adeoque de suffragio Congregationis Generalis pro derogatione porriguntur præces.

perpetuo statuimus, decernimus, præcipimus, et mandamus, ut deinceps Ministri Provinciales pro tempore existentes Provinciarum dicti Ordinis, Congregationem Provinciale, quam juxta Constitutiones Urbanas prædictas singulis annis, durante triennio sui Officii habere tenebantur, intra dictorum trium annorum spatium semel tantum habere, facere, et celebrare, nec non Guardianos Conventuum prædictarum Provinciarum, quos usque nunc singulis annis eligere, seu confirmare debebat, in posterum singulo sesquianno, seu singulis decem, et octo mensibus eligere, seu confirmare; demum Provinciæ bis dumtaxat tempore sui muneris de sesquianno in sesquiannum visitare libere, et licite, absque ullo tamen incursu pænæ, per Constitutiones prædictas inflictæ, possit, et valeat, debeat, et teneatur.

Clausula sub-
blata, et de-
cretum irritans

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus Literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri, debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariarum.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, et Provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publi-

ci subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima quarta Julii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCXCVII.

Dat. die 3. Au-
gusti 1762 Au-
no IV.

Confirmatio decretorum in duobus Capitalibus Generalibus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia editorum pro Provincia S. Crucis Hispaniolæ, seu Caracharum super Visitatione, et Præsidentia Capitali Provincialis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Didacus Emanuel Pancheta Frater expresse professus, ac Procurator, et Custos Provinciæ S. Crucis in Hispaniola in Indiis, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod per Constitutiones Municipales ejusdem Provinciæ, auctoritate Apostolica nondum confirmatas, inter cætera expressum reperitur.

Preces porre-
ctæ pro con-
firmatione Mu-
nicipalium Or-
dinis Constitutio-
num.

» Visitatores, et Præsidentes Ca-
» pitulorum Provincialium dictæ Pro-
» vincię S. Crucis, non solum debere
» esse Filios ipsius Provinciæ, ex in ea
» residentes, sed etiam a toto Diffini-
» torio Provinciali pro tempore existen-
» te, tres dictæ Provinciæ Professores,
» in eadem Provincia optime meritos,
» proponendos esse Commissario Gene-
» rali Peruano, pro tempore itidem exi-
» stenti, ut unum ex tribus ex dictis
» electis, et nominatis, et non alium
» eligat in Visitatorem Provinciæ, et
» in Præsidentem Capituli Provincialis
» inde celebrandi: Et casu quo præ-
» sentatio Diffinitorii ab longam distan-
» tiam ad prædictum Commissarium Ge-
» neralem non accesserit, seu ejus no-
» minatio, aut resolutio infra sex ul-
» timos Menses triennii ad Provinciam
» non advenerit, Diffinitorium istius uta-
» tur jure suo eligendi per suffragia se-
» ex tribus antea præsentatis, seu no-
» minatis =

Tenor Mu-
nicipalium
Constitutio-
num.

Quæ tamen
constitutiones
inobservatas
fuisse a Comis-
sario Generali
Peruano.

§. 2. Non obstante vero hac statu-
taria Constitutione, nuper dilectus filius
modernus Commissarius Generalis Perua-
nus hujusmodi, in ejusdem Provinciæ
Visitatorem, et ipsius Capituli Præsiden-
tem elegit, alium sibi benevisum
dicti Ordinis, et Provinciæ alumnium,
ab iis ei a Diffinitorio Provinciali pro-
positis, et electis, eaque de causa ipse
Didacus Emanuel Procurator, et Custos,
nomine Provinciæ præfata, ad Diffini-
torium Generale ipsius Ordinis, in
Capitulo Generali Mantuæ nuper habi-
to congregatum, habuit recursum, a
quo die 3. Junii nuper elapsi, rescrip-
tum fuit prout sequitur = Die 3. Junii
1762. = Servetur Statutum Marcien-
se inviolabiliter, et reservato jure
P. Commissario Generali ad visitandum
per seipsum Provinciam de qua agi-
tur; et præsidendum ipsius Capitu-
lo, præcipitur eidem ne mittat Vi-
sitatorem, aut Præsidentem alterius
Provinciæ, præter propositos a Diffi-
nitorio ejusdem Provinciæ, sub pæ-
nis contra inobedientes taxatis = Ita
est P. Petrus Otero Diffinitor Genera-
lis, et Diffinitorii Generalis Secreta-
rius =

Diffinitorium
Generale man-
davit observa-
ri Decretum
editum in præ-
cedenti Capitu-
lo Generali
Murciæ.

Tenor De-
creti Capituli
Generalis Mur-
ciæ.

§. 3. Decretum vero editum in Ca-
pitulo Murciæ est tenoris sequentis vi-
delicet = Die 11. Junii 1756. Provin-
cia S. Crucis de Carachas tria enixe
postulat. Primum ut Municipalia Pro-
vinciæ Statuta, jam a Reverendissi-
mo Indiarum Commissario Generali ap-
probata, in hoc Generali Capitulo
solemnius confirmentur = Alterum est,
ut ob Provinciæ incopiam, nimiam-
que ab contiguis distantiam, Visita-
tores; et Capitulum Præsides, ex
alumniis eandem Provinciam habi-
tantibus, a Superiore Generali sem-
per assumantur. Postremum ut præ-
cipiatur, Provinciale Capitalum, non-
nisi intra quintam decimam Januarii,
et quintam decimam Februarii cele-
bratum iri = Rescriptum est a Discre-
torii, et Diffinitorii Generalis Patri-
bus; approbati Municipalia dictæ Pro-
vinciæ Statuta; Visitatorem ex eadem
Provincia in posterum assumendum,
ut petitur; atque Capitalum futuris
temporibus absolute celebrandum in-
tra terminum in præcibus expres-
sum =

Statuta Mu-
nicipalia et su-
pra relata De-
creta Ordinis
Pontifex ap-
probat, atque
confirmat.

§. 4. Cum autem sicut dictus Di-
dacus Emanuel Nobis nuper exponi fe-
cit, quo decreta hujusmodi firmius sus-
sistant, et serventur exactius, Aposto-
licæ confirmationis Nostræ patrocínio
communiri summopere desideret; No-

bis propterea humiliter supplicari fe-
cit, ut sibi, et Provinciæ præfatae in
præmissis opportune providere, et ut
infra indulgere de benignitate Aposto-
lica dignemur. Nos igitur, dictum Di-
dacum Emanuelem Procuratorem, et
Custodem, specialibus favoribus, et gra-
tiis prosequi volentes, et a quibusvis ex-
communicationis, interdicti, aliisque Ca-
nonicis censuris, et pœnis si quibus quo-
modolibet innodatus existit harum se-
rie absolventes, et absolutum fore cen-
sentis, hujusmodi supplicationibus in-
clinati, præinserta Diffinitorii Genera-
lis in Capitulis Generalibus dicti Ordi-
nis decreta, auctoritate Apostolica, te-
nore præsentium approbamus, et con-
firmamus, illisque inviolabilis Aposto-
licæ firmitatis robur adjicimus, om-
nesque, et singulos juris, et facti de-
fectus, si qui desuper intervenerint sup-
plemus, et sanamus.

§. 5. Decernentes; easdem presentes
litteras, semper firmas, et validas, et
efficaces existere, et fore, suosque plen-
arios, et integros effectus sortiri, et
obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro
tempore quancumque spectabit plen-
issime suffragari, sicque in præmissis
per quoscumque Judices Ordinarios, et
Delegatos, etiam causarum Palatii Apo-
stolici Auditores judicari, et definiri de-
bere, ac irritum, et inane si secus su-
per his a quocumque, quavis auctorita-
te, scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

Clausula su-
blata, et deele-
ta irritans.

§. 6. Non obstantibus Constitutio-
nibus, et Ordinationibus Apostolicis, et
quatenus opus sit Ordinis, et Provin-
ciarum prædictarum, etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis, statutis, et con-
suetudinibus, privilegiis quoque, in-
dultis, et Literis Apostolicis, superio-
ribus, et personis, sub quibuscumque
tenoribus, et formis, et cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliis-
que efficacioribus efficacissimis, et in-
solitis clausulis, irritantibusque, et aliis
decretis in genere, vel in specie, ac aliis
in contrarium quomodolibet concessis,
approbatis, et innovatis. Quibus omni-
bus, et singulis, illorum tenores præ-
sentibus pro plene, et sufficienter ex-
pressis, ac de verbo ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robore
permansuris ad præmissorum effectum,
hac vice dumtaxat, specialiter, et ex-
presse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque. Datum Romæ apud S.
Mariam Majorem sub Annulo Piscato-
ris die tertia Augusti Millesimo Septin-

Derogatio con-
trariorum.

gentesimo Sexagesimo Secundo, Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCXCVIII.

Dat. die 6 Augusti 1762 Anno V.

Ordinationes, et provisiones confectæ pro recta administratione Bibliothecæ nuper erectæ in Conventu Beatæ Mariæ Virginis di Piazza Civitatis Placentinæ, Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, approbantur, et Pontificia auctoritate confirmantur.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Quomodo nova Bibliotheca fuerit primum in Placentino Conventu instituta deindeque competenti fundo dotata.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Maria Villimpenta frater expresse professus in Sacra Theologia Magister, ac ex Provincialis, et ex Procurator Generalis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis, quod ipse alias, nempe Anno MDCCXL. quo desiderio tunc existentis Prioris Generalis dicti Ordinis obsequeretur, suam filiationem Conventus Sancti Barnabæ Civitatis Mantuanæ, in qua ipse Angelus Maria ortus est, reliquit, et inter filios Conventus dicti Ordinis sub invocatione Nostræ Dominæ, seu vulgo della Madonna di Piazza Civitatis Placentinæ sese referri, et enumerari obtinuit, et quamvis secundodietum Conventum convenienti numerosa Familia, seu Communitate provisum, in quo Philosophiæ, et Sacræ Theologiæ studia vigent, attamen librorum necessariorum omnino imparatum repererit; ut autem librorum hujusmodi inopiæ consulere, prævio tamen tunc itidem existentium suorum Superiorum consensu, magnam pecuniarum ex suis Religiosis laboribus sibi comparatam, ac ex suis Consanguineis, seu patria domo, vulgo ut etiam dicitur *del suo Livello*, e deposito provenientem summam, in emptionem librorum impendit, et licet id satis haud fuerit ad construendam convenientem Bibliothecam in quocumque Conventu necessariam, secundodictus Conventus nonnullis ab hinc annis, juxta præscriptum per Sacros Canones, et Constitutiones Apostolicas summam septingentorum circiter scutorum Monetæ Romanæ ex similibus pecuniis ab eodem Angelo Maria sui depositi hujusmodi provenientium dicto Conventui traditam, et suppeditatam in emptionem cujusdam fundi, seu Ca-

pitalis fructiferi erogavit; ac proinde dictus Angelus Maria non solum mantentioni, et conservationi librorum in dicto Conventu nunc existentium, verum etiam illorum augmento pro tempore faciendo, ac fundo, seu capitali Bibliothecæ Conventus hujusmodi jam acquisito, et in posterum acquirendo opportune a Nobis provideri, ac nonnullas Ordinationes deinceps observandas, per Nos confirmari plurimum desiderat = Nempe.

» I. Ut ipse Angelus Maria omnes annuos fructus, redditus, et proventus non solum ex dicto jam empto, verum etiam ex quocumque alio fundo, et capitali tractu temporis a memorato Conventu ex pecuniis sui depositi prædicti emendo, et comparando, prout per Concilii Tridentini decreta, et dicti Ordinis Constitutiones sibi concessum reperitur, sua vita naturali durante percipere, exigere, et levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere libere, et licite possit, post vero obitum suum, dicti annui fructus, redditus, et proventus, ac quicumque alii ex ejusdem Angeli Mariæ intuitu, et personæ provenientes, et qui eidem Conventui provenire possunt, et poterunt in futurum semper, et quodcumque, in assidua librorum emptione, ad commodum, et augmentum Bibliothecæ hujusmodi Conventus, integre, et fideliter erogari, et impendi debeant, demptis tamen octo, vel novem scutis paribus, prout infra expressum erit. =

» II. Quod si contingat post obitum ipsius Angeli Mariæ, aliquam pecuniarum summam in deposito ad ejus personam spectantem, argentea, aliaque similia, Constitutionibus Ordinis hujusmodi illius Alumnis concessa reperiri, argentea, aliaque similia justa consuetudinem Conventus vendantur, ac tam numerata pecunia dicti depositi, ac præmium ex venditione percipiendum in emptionem alterius fundi, seu capitalis fructiferi, et quatenus ob præsentium temporum vicissitudines bona stabilia non reperiantur, in census tutos, et seguros omnino erogetur, et impendi debeat, omnesque annui fructus hujusmodi, et alterius fundi, et Capitalis prædicti in emptionem librorum pro usu, et commodo Bibliothecæ prædicti Conventus erogentur.

» III. Quod ipse Angelus Maria, vita sua naturali durante, ejusdem Bi-

Ordinationes propositæ pro futura prosperitate noviter institutæ Bibliothecæ.

» Bibliothecæ Bibliothecarius, seu Custos
» sit, et remanere possit, et quatenus
» ipse propter obedientiam, aut alia le-
» gitima de causa præpediatur, quo-
» minus officium Bibliothecarii, seu
» Custodiis prædicti per se ipsum exple-
» re nequeat, eo casu alium dicti Con-
» ventus Professorem ad sui libitum in
» sui locum nominare, ac substituere
» valeat.

» IV. Quod sequuto dicti Angeli
» Mariæ obitu, a Discretorio, seu Capi-
» tulo Conventus prædicti deputetur, et
» eligatur in Bibliothecarium, seu Cu-
» stodem Bibliothecæ ejusmodi Conven-
» tus unus dicti Ordinis professor, præ-
» cipue in Sacra Theologia Magister eru-
» ditus, capax, et attentus, præferendo
» semper filios ipsius met Conventus;
» casu vero, quo fiii Conventus præ-
» dicti præscriptis qualitatibus careant,
» eo casu Regentes Studiorum, seu etiam
» Lectores pro tempore in dicto Con-
» ventu existentes; Bibliothecarius ve-
» ro, seu Custos Bibliothecæ prædictæ
» pro tempore existentes, curæ, et cu-
» stodiæ dictæ Bibliothecæ, ac illius
» librorum incumbere, et invigilare
» teneatur, nec ipse ullum librum ex
» ejusmodi Bibliotheca extrahere, et
» alibi aspostare audeat, seu præsu-
» mat, seu illos ab aliis etiam Regu-
» laribus personis, et quacumque au-
» ctoritate fungentibus, et superiorita-
» te, nisi prævia hujus Sanctæ Sedis li-
» centia in scriptis exhibenda, extrahi
» permittat, et quatenus licentia præ-
» dicta ei exhibeatur, ipse Bibliothe-
» carius pro tempore existens in pecu-
» liari libro in ipsa Bibliotheca ad hunc
» effectum retinendo, et custodiendo,
» nomen, et cognomen proprio cara-
» ctere scriptum a personis, quibus li-
» bri traditi, et consignati fuerint, nec
» non libri, ac dies, et annus descri-
» bi facere, ac invigilare teneatur, ut
» libri traditi, et consignati fideliter
» restituantur, ac proinde ut Bibliothe-
» carius, seu Custos hujusmodi conser-
» vationi librorum attente, et accurate
» operam dare queat, summa an-
» nua sex scutorum parium ex supra-
» dictis annuis fructibus, redditibus, et
» proventibus, a Priore pro tempore exi-
» stente dicti Conventus, seu ab illius
» Discretorio, seu Capitulo suppeditetur,
» prout etiam assignentur tria scu-
» ta paria uno Laico, seu Converso
» ipsius Conventus, qui per duas sal-
» tem vices singulis mense ipsam Bi-
» bliothecam Scopis mundare, et sal-
» tem per sex vices quolibet anno ab

» omnibus libris, ut melius serventur,
» pulverem abstergere debeat, dictus-
» que Laicus, seu Conversus sit fide-
» lis, et licet eligendus sit a Bibliothe-
» cario, nihilominus in electione fa-
» cienda accedat assensus dicti Conven-
» tus Discretorii, quippe quod illud
» meliorem cognitionem habet, et ha-
» bere potest illorum Laicorum, seu
» Conversorum ad præmissa peragenda
» aptorum.

» V. Sicuti ipse Angelus Maria
» sua vita naturali durante omne stu-
» dium, omnemque curam, et diligen-
» tiam impenderit, Bibliothecam prædi-
» ctam, prævia Superiorum suorum licen-
» tia, novis libris instruere, post sui obi-
» tum libri comparandi veniant prævio
» consensu, et expressa approbatione di-
» cti Discretorii, et si contingat extraordi-
» narios sumptus pro emptione libro-
» rum necessariorum impendendos es-
» se, eo casu annui redditus prædicti,
» de anno in annum, sicuti res postu-
» laverit, asservari poterunt.

» VI. Quod Superiores Majores,
» tempore, quo Visitationem juxta di-
» ctas Constitutiones peragunt, accurate
» rationem sumptuum in librorum
» emptionem impensorum repositum,
» et cognoscere teneantur, et ad hunc
» effectum liber seorsim existat, et re-
» tineatur, in quo redditus, et expen-
» sæ factæ a PP. valgo Revisore, et
» Priore dicti Conventus revideantur, et
» approbentur, ac subinde a dictis Su-
» perioribus tempore Visitationis præ-
» dictæ subscribantur.

§. 2. Nos ipsius Angeli Mariæ vo-
» tis hæc in re, quantum cum Domino
» possumus, favorabiliter annuere, eum-
» que etiam multorum illius in eandem
» Sedem meritorum intuitu, specialibus
» gratis, et favoribus prosequi volentes,
» et a quibusvis excommunicationis, et
» interdicti, aliisque Ecclesiasticis censur-
» ris, sententiis, et pœnis, quovis modo,
» et quacumque de causa latis, si quas
» forte incurrit, hujus tantum rei gratia
» absolventes, et absolutum fore censentes,
» supplicationibus ejus nomine No-
» bis humiliter porrectis inclinati, ne de
» cætero quisquam cujusvis gradus, con-
» ditionis, qualitatis, et dignitatis etiam
» Ecclesiasticæ, et quacumque auctorita-
» te, officio, et superioritate fungens, li-
» bros, quinterna, folia sive impressa,
» sive manu scripta, tam hactenus in dic-
» ta Bibliotheca Conventus Nostræ Do-
» minæ di Piazza Civitatis Placentinæ di-
» cti Ordinis, per dictum Angelum Ma-
» riam collocata, ac pro illius usu em-

Ordinationes
huc usque re-
latas Pontifex
approbat, et
observari man-
dat.

pta, et donata, quam in posterum collocanda, emenda, et donanda sub quovis quæsito colore, causa, ingenio, ratione, et occasione, e dicta Bibliotheca extrahere, et asportare, vel ut extrahantur, et asportentur, nec non fundum, seu capitale per dictum Conventum jam emptum, ac quodcumque aliud in posterum cum pecunia ad eundem Angelum Mariam spectante, et ex ejus deposito proveniente, ac ex venditione post illius obitum facienda retrahenda emendum, alienare, et vendere, fructusque, redditus, et proventus hujusmodi in alios, quam in præscriptos usus convertere, aut, ut vendantur, alienentur, et convertantur permittere, aut consentire audeat quovis modo, seu præsumat, sub excommunicationis lætæ sententiæ, a qua nemo, nisi a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præter quam ia mortis articulo constitutus, absolutio- nis beneficium valeat obtinere; et quoad Regulares etiam, privationis vocis activæ, et passivæ, ac officiorum per eas obtentorum, ac inhabilitationis ad illa, et alia in posterum obtinere pœnis eo ipso, absque alia declaratione, per contrafacientes incurrendis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo interdiciamus, et prohibemus.

Derogatio con-
trarium.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, et Conventus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et introvatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ Bibliothecæ, aut in alio ejusdem Conventus conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit affixum assiduo remaneat. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die sexto Augusti millesi-

mo septingentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCXCIX.

Dat. die 27. Au-
gusti 1762 An-
no V.

Concordiam, et honorum divisionum inter Mensam Abbatialem, et Conventualem Monasterii B. M. V. de Obra Ordinis Cisterciensis in Polonia initam, Pontifex approbat, et observari mandat.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Abbas, Prior, et Monachi Monasterii sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de Obra Ordinis Cisterciensis Posnaniensis Diœcesis, quoad dudum nempe anno MDCXVIII. a Capitulo Generali ejusdem Ordinis tunc existentibus Abbati, nec non Priori, et Monachis Monasterii hujusmodi concessa fuit facultas dividendi, et partiendi bona tum ad Abbatialem, tum ad Conventualem Mensas respective spectantia, divisio vero, ac partitio hujusmodi Anno MDCXX: executioni demandata fuit, tractu autem temporis cum non pauca permixtio inter bona ad Mensas prædictas spectantia irrepserit, et inter Abbatem, et Monachos prædictos pro tempore existentes dissensionem, et controversiæ ortæ existerent, tunc existentes Abbas, et Monachi prædicti proprium esse duxerint, ad pacem, et concordiam inter eos constabiliendam, delectum honorum tenere, ac bona permutare, ad hoc ut ipsi propria bona cognoscerent, et bona ad Mensam Abbatialem, et alia ad Mensam Conventualem spectantia inter se divisa, et segregata remanerent, ac super divisione, et separatione hujusmodi inter Abbatem, et Monachos dicti Monasterii tunc existentes publicum in præsentia tunc itidem existentis Vicarii, et Commissarii Generalis Provinciæ Poloniæ ipsius Ordinis Instrumentum inde confectum fuit, quod postmodum die xv. Januarii MDCCLVII. tunc pariter existentes Abbas ipsius Ordinis Generalis confirmavit, et subinde dedit in mandatis eidem Vicario, et Commissario Generali, ut bona tum ad dictam Mensam Abbatialem, tum ad Mensam Conventualem spectantia finibus describerentur, et termini statuerentur, prout peractum fuit, et con-

Causa hujus
Brevis.

stat ex publico confecto Instrumento tenoris sequentis, videlicet.

Tenor Instrumenti concordie.

IN NOMINE DOMINE Amen.

Frater Michael Josephus Loka Divina vocatione Abbas Obrensis, Sacri Ordinis Cisterciensis, Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius.

» Cunctis pateat, et notum sit qualiter, cum ad regimen Monasterii nostri Beatæ Mariæ Virginis de Obra Cisterciensis Ordinis, Diœcesis Posnaniensis, Divina volente gratia, ordinati, debeamus esse circa ea solliciti, per quæ eidem qualitercumque possibile foret, reddamur grati, et proficui; fecimus libenter ad preces ejusdem Venerabilis Conventus, quod divisionem, sive separationem Mensæ Conventualis ab Abbatiali, per Capitulum Generale Anno Domini MDCXVIII, die xviii Aprilis Cistercii celebratum, præceptam, sive permissam per Reverendissimum olim p. m. Andream Clewski Abbatem Obrensem Anno Domini MDCXX die xvii Augusti ad conformitatem omnium hujus Regni Monasteriorum exdivisorum, exequutam, et factam, verum insufficientem; per succedaneos ex post Abbates, super additione villarum, et variorum terræ fragmentorum, atque censuum, sparsim auctam, et confuse, ita quod in bonis Mensæ Abbatiali reservatis, multæ particulæ Mensæ Conventuali adjunctæ, et in bonis Mensæ Conventualis, possessiones variæ Mensæ Abbatiali relictæ extent, inordinatissime servientes, ad meliorem formam, accedente sub actu Visitationis Generalis, Anno MDCCLIV, die xxvi Julii factæ, Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Constantini Jelowiecki Divina vocatione Abbatis Landensis Sacri Ordinis Cisterciensis Commissarii, et Visitatoris Provinciæ, per charitatis edito suasu, et mandato, sine injuria utriusque Mensæ, invocato Dei auxilio, reduximus, reducimusque in hunc, qui sequitur modum: Quod spectat villas, hæreditatem, sive possessionem non dislimitatam *Krotla* dictam, cujus deinceps via de Obra per Montem Arenosum ad Vadum, et successive ad Kiatkow tendens, ex una parte, ab Obra, ex altera vero ab agris prædialibus Abbatialibus Obrensis, fossa a lacu Swietæ, et medium paludis, limes erit tam longè de cætero, et late prout extenditur.

» Pior Villam Kiatkowo, Kielpiny » Chorsmin, cum omni circumferentia, » pro ut in limitibus consistunt, et » utilitatibus universis actualibus, et » possibilibus Hollandos quoque Obrenses Klasztorne Holendry dictos ex viginti, et dimidio mansis, alias *Chuby* et aliquibus particulis vulgo *morgi* cum omni jurisdictione, censibus pecuniariis, et frumentariis, dationibus, atque quibuscumque provenientibus. Molendinum Nialecense cum usu fluvii, et obstaculi, atque facultate, quod in eo subditis Abbatialibus molere liberum sit. Tabernatorem in Ostrou retro Wilez cum taberna, censu, et integro fundo inter lacum Vilez, et limites Jaromieriscenses consistente; Venerabilis Conventus, prout possidebat ex antiquo, tamquam sortes ad Mensam spectantes possidebit. Cum vero in Villa Obra, quæ ad Mensam Abbatialem spectat, quoque Venerabilis Conventus prædium Conethones, et alios plures inquilinos, et propinationem, similiter in Villa Jazienec Abbatialibus fundis suas promiscuas, ac sortes varias in Villa Zodysi possideat, quæ promiscua fundorum possessio, et duplicata super incolas jurisdictio, quandoque dissentionibus, rixis villanorum, et aliis incomodis causam dedit: Nec non in Villis Chwalim, Woynowo utroque Kramsko, et aliis bonis Mensæ Abbatiali servientibus, varios census pecuniarios, frumentarios, caponum, sparsim plura collectu difficilia possedisset; atque cum Mensæ Abbatiali accedat Scultetia olim Pretendoscana, prædio Abbatiali Vetero Kramscensi nunc applicata, prius vero utpote nostro peculio comparata, et empta Venerabili Conventui per nos donata. Emendando diversitates, ejusmodi possessionum sparsim consistentes, juxta commutationis præsentis vigore, applicatur Mensæ Conventuali Villa Zodyn integra, prout in limitibus longe, lateque extenditur, cum novo prædio nuper industria nostra eradicato, et extracto, atque fundis omnibus eidem prædio incorporatis. Pariter alia Villa Zazienec dicta, tota, et integra, prout in limitibus consistit, cum propinatione, et omnibus emolumentis existentibus, et possibilibus Mensæ Conventuali adscribitur; ita ut in dictis Villis, prout et aliis superius recensitis, nihil quiddam proventuum, et possessionis Abbatibus reservetur. Jam vero in re-

» compensationem, Villa Obra tota, et
 » integra cum prædio Conethonibus, et
 » inquilinis, atque propinatione, et
 » fundis omnibus, censibus, et aliis
 » provenientiis, alias ad Mensam Con-
 » ventualem spectantibus, a modo per-
 » tinebit ad Mensam Abbatialem, in
 » qua Villa Obra, Conventus præter si-
 » tum suum, areas, hortum, et vine-
 » nam, præterque domos Braxatoris,
 » Piscatorum, et aliorumque hominum
 » Monasterio inservientium, nihil quid-
 » quam possessionis habebit, et pro-
 » ventus. Et insuper ex vi hujus com-
 » mutationis, Venerabilis Conventus re-
 » cedit ab omnibus possessionibus, cen-
 » sibus pecuniariis, et frumentariis,
 » caponum, et aliis quibuscumque præ-
 » tensionibus, se olim super, et in
 » omnibus bonis Mensæ Abbatialis con-
 » cernentibus, ita ut hæc omnia, sin-
 » gulaque, atque Scultetia Vetero Kram-
 » scensis Abbatibus semper incorpora-
 » sa sint, et permaneant, super illis
 » nihil sibi Venerabilis Conventus de
 » proventibus reservando. Evacuatisque
 » in hunc modum possessionibus, et
 » prætensionibus promiscuis, inter Ab-
 » batem, et Conventum, charitas in-
 » ter inquilinos ipsorum, pax, et quies,
 » œconomica industria inter omnes,
 » eo felicitas futura excrescat. Quod spe-
 » ctabat Sylvam Obrensem, eam Vene-
 » rabilis Conventus cum Abbate com-
 » munem habebit tam ad ædificandum,
 » quam pro foco cum prædiis, et Co-
 » lonis. Colonis tamen pro foco, Abba-
 » tiales, et Conventuales non nisi jacen-
 » tes arbores accipient, quibus deficien-
 » tibus frondes absecare valebunt. Con-
 » tribuent vero Abbatiales coloni Ab-
 » bati, Conventuales Conventui, ave-
 » nam ratione sylvæ contribui solitam;
 » et Conventus ideo unum, Abbas alte-
 » rum sylvarum conservare tenebun-
 » tur, jurisdictione super sylvam, et
 » sylvanos penes Abbatem remanente.
 » Quod attinet piscationes lacus Or-
 » chousy, et Swietæ dicti, hyemali,
 » et æstivali tempore per solum Con-
 » ventum depiscari, ut consuetum erat,
 » et jure speciali concessum est, pri-
 » vative depiscabuntur. Lacus vero Ko-
 » tusz, utroque æstivali scilicet, et hye-
 » mali tempore communis erit, libe-
 » rumque est Conventui, retribus mino-
 » ribus, sive quibuscumque artibus pi-
 » scari, quoties voluerit pro ea tantum
 » exceptione quod in hyeme ex Sage-
 » na majori, sive ea sit Abbatialis, si-
 » ve Conventualis, medietas piscium Ab-
 » batis, medietas Conventui proveniat.

» Super fluvio autem Obra in autu-
 » mno, sive hyeme, a confinibus ad
 » confinia piscatio prima sit Abbatis, se-
 » cunda Conventus. Obstaculum dictum
 » Wstaszki inter lacus Radwz, et Ko-
 » tuz situm, ad Conventum spectabit.
 » Et aliud super fluvio Doyca, super
 » quo alia, quocumque voluerit ex-
 » truere Conventus libertatem habebit,
 » et facultatem hamos ponendi, alias
 » Naptawia, super utroque Doyca, et
 » Obra fluvio. Quantum interest con-
 » tributiones Regni Capitales, et Hy-
 » bernam, eas juxta dispartitiones præ-
 » sentes, tam ex bonis Abbatialibus,
 » quam Conventualibus percipiet Bur-
 » sarius Monasterii, cui, et ubi neces-
 » se fuerit, atque quietationes perci-
 » piet, et asservabit. Quidquid vero su-
 » perfuerit de pecunia hujusmodi a po-
 » pulo collecta, in utilitatem ejusdem
 » populi expendet, signanter, et om-
 » nino in conservationem fossæ ad la-
 » cum Cobjenicensem, aquas de bonis
 » Abbatialibus, et Conventualibus, agris-
 » que ejusdem populi, deducendis; cu-
 » jus fossæ per Nos nuper factæ in pro-
 » fundum, et latum opportuna corre-
 » ctio, et conservatio Abbati eaque ac
 » Conventui, atque populo summopere
 » utilis, et necessaria his expensis pro-
 » curetur. Molitor Obrensis frumenta
 » pro pane Conventus molere, juxta suum
 » privilegium, absque solutione tenebi-
 » tur. Illud ad extremum ex prima me-
 » morata Reverendissimi olim Andreæ
 » Clewski Abbatis ex divisione reasu-
 » mitur, quod omnia suprascripta ita
 » intelligi debeant, non ut ex com-
 » munibus bonis propria fiant (quod
 » nefas in Religiosis est) sed ut utrius-
 » que partis, commodi habeatur ratio;
 » ita tamen, ut nihil eorum, quæ or-
 » dinantur, pugnet cum sacrosanta
 » paupertate, et obedientia, sed omnia
 » bona sint Regulari Abbati, et omni-
 » bus Fratribus communia, ad volunta-
 » tem Dei, et sanctæ obedientiæ, pe-
 » nes quam semper istud omne jus di-
 » ctorum honorum, idque secundum
 » Divinam voluntatem, regulæ statum,
 » et piæ memoriæ Fundatorum inten-
 » tionem maneat. In quorum fidem
 » et præsentis nostras, correctionis,
 » exdivisionis, seu verius commuta-
 » tionis literas, et privilegium manu
 » nostra subscripsimus, et sigillo no-
 » stro communiti fecimus in Mona-
 » sterio nostro Obrensi, Sacri Ordinis
 » Cisterciensis. Die xxiv. Novembris
 » Anno Domini MDCCLIV = Fra-
 » ter Michael Josephus Loka Ab-

bas Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis (L. S.)

Et quia Religiosa Communitas Obrensis, nos licet infrascripti, praesentem correctionem, exdivisionem, pro commodo, ut utilitate utriusque Mensae æquissima ratione confectam, pergrato animo acceptamus, eique unanimiter consentimus, ideo, in fidem ejusmodi, praesens ejusdem exdivisionis, sive commutationis Instrumentum, manibus Nostris subscripsimus. Fr. Albericus Legowski Prior Obrensis m. pp. = Fr. Malachias Zbieuski P. O., = Fr. Raymundus Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis m. pp. =, Fr. Dionysius Lipinski Professus Obrensis = Fr. Gerardus Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis, et Superior. m. pp. = Fr. Ludovicus Marzewski Magister Novitiorum Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis m. pp. = Fr. Bernardus Oeconomus Voynoviensis Professus Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis m. pp. = Fr. Onuphrius Moxkowski Praefectus culinæ Professus Obrensis = Fr. Raphael Professus Obrensis = Fr. Stanislaus Professus Obrensis Parochus Kramscensis = Fr. Sigismundus Professus Obrensis = Fr. Vladislaus Professus Obrensis, et Provisor m. pp. = Fr. Benedictus Professus Obrensis = Fr. Nepomucenus Professus Obrensis m. pp. = Fr. Casimirus Professus Obrensis S. O. C. m. pp. = Fr. Maurus P. O. = Fr. Placidus P. O. = Fr. Urbanus P. O. m. pp. (L. S.)

Confirmatio praedictae Commutationis ab auctoritate Ordinis. =

Nos Frater Franciscus Trouve Abbas Cistercii, Sacrae Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, Christianissimi Regis in Supremo Burgundiae Senatu, Primus Consiliarius natus, Universi Ordinis Cisterciensis Caput, ac Superior Generalis, ejusdemque Capituli Generalis plenaria auctoritate fungentes etc.

Omnibus, quorum interest, aut interesse poterit notum facimus, quod viso, et mature ponderato Instrumento commutationis bonorum Mensae Conventualis Monasterii nostri Obrensis in Polonia pro certis bonis Mensae ejusdem Abbatialis illud approbavimus, et confirmavimus, sicuti praesentium tenore, de paterna nostra, et plenaria, qua fungimur, Capituli Nostri Generalis, illo non sedente, auctoritate, approbamus, et confirmamus, volumus insuper, et

Bull. Rom. Tom. II.

intendimus, ut in omnibus plenam suum sortiatur effectum. Datum Cistercii sub nostro, Secretariique nostri Signo Manuali, et Sigilli nostri impressione, anno Domini millesimo, septingentesimo quinquagesimo septimo, die decima quinta mensis Januarii = Frater Franciscus Abbas Generalis Cisterciensis = (L. S.) Fr. Petrus Antonius Chaiget Secretarius.

Dislimitatio auctoritate ordinis commutatorum, ut supra bonorum. Actum in fundo Monasterii nostri Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis anno millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo die decima septima Aprilis.

Ad dislimitationem, seu verius determinationem limitum, et grancierum inter bona pro Reverendissimis Abbatibus, et inter bona pro Mensa Conventuali Monasterii nostri Obrensis Sacri Ordinis Cisterciensis; post commutationem infrascriptorum bonorum eidem Mensae olim assignatorum pro bonis ad Mensam Abbatialem spectantibus per Illustrissimum, et Reverendissimum Michaelem Josephum Loka pro tunc Abbatem Obrensem de anno millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto die vigesima Novembris factam, et anno millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo die decima quinta mensis Januarii, auctoritate Ordinis approbatam, perpetuis temporibus destinata. Commissum habentes ab Illustrissimo, Excellentissimo, et Reverendissimo Domino Francisco Trauve Abbate Cistercii, Sacrae Facultatis Parisiensis Doctore Theologo, Christianissimi Regis in Supremo Burgundiae Senatu Primo Consiliario nato, Universi Cisterciensis Ordinis Capite, ac Superiore Generali, ejusdemque Capituli Generalis plenaria auctoritate fungente, de anno millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo die decima quinta mensis Januarii, et tenore tali commutationem bonorum Monasterii Nostri Obrensis approbo, et confirmo, dictumque Instrumentum a me debite confirmatum, ad Reverendam admodum Dominationem Vestram sine mora transmittitur, ut deinceps executioni demandetur, et ut in posterum super hocce ulterioriora vitentur litigia Reverendae admodum Dominationi Vestrae potestatem facio in Ordine constituendi limites bonorum pro Mensa Conventuali commutatorum, seu ex-

„ divisorum ab Abbatibus. = Frater
 „ Franciscus Abbas Generalis Cisterciensis = Potestate, et auctoritate nostra
 „ non solum ordinaria, sed etiam commi-
 „ missi præfati vigore, citatis legitime
 „ per speciales nostras literas, valvis
 „ Monasterii affixas, de die trigesima
 „ prima mensis Martii anni millesimi
 „ septingentesimi quinquagesimi octavi,
 „ tam Reverendissimo Domino Ab-
 „ bate, suoque Conventu Obrensi Sacri
 „ Ordinis nostri Cisterciensis, quam
 „ Scultetis, Advocatis, Subditis, et in
 „ universum omnibus, quodcumque
 „ interesse ad prædicta habentibus, die
 „ decima Aprilis anni præfati millesimi
 „ quinquagesimi octavi, ad Mona-
 „ sterium, et fundum commutatorum
 „ honorum personaliter condescendimus;
 „ ubi fundata jurisdictione tam
 „ ordinaria, quam specialiter Nobis de-
 „ legata, lectis, et trutinatis documen-
 „ tis, seu descriptionibus Granicierum,
 „ atque rite examinatis, et exauditis
 „ utriusque testibus, ad dislimitationem,
 „ seu verius determinationem limitum,
 „ invocato nomine Domini processimus,
 „ et quidem = Primo inter Villam
 „ Obram, totam pro Reverendissimis
 „ Abbatibus, et Villam Jazieniec totam
 „ pro mensa Conventuali destinatum,
 „ eo qui sequitur, modo: Incipiendo
 „ ab agris Prædii Krotla, cujus limites
 „ in longum, et latum in commutatione
 „ expressi sunt, et penes agros pro
 „ Colonis Kietkoviensibus recte exdivisos,
 „ appellatosque Wymiarow Kietkowskie,
 „ eundo reflexe ad sinistram per locum
 „ dictum ab antiquo Kamien agris prædictis
 „ Kietkoviensibus ad dexteram, Obrensis
 „ autem ad sævam adjacentem, pervenimus
 „ ad determinium præfatorum agrorum,
 „ seu Wymiarow Kietkowskich; quod
 „ determinium est prope locum humidum,
 „ ab Obra eundo a sinistris jacentem
 „ Smuzek dictum. A quo determinio
 „ agrorum, seu Wymiarow Kietkowskich,
 „ divertendo ad dexteram versus occasum
 „ æstivalem, et penes eosdem agros eundo,
 „ transfossum Kialkoviensem deducentem
 „ aquas ad Crwiszez, circiter octuaginta
 „ passus refleximus nos ad sinistram, et
 „ recta Viadzem, sive Miedza versus
 „ Villam Jazieniec eundo, pervenimus
 „ ad viam ducentem de Obra ad Zodyri;
 „ et hæc transgressa, recta per agros,
 „ demum per pascua, a sinistris ad
 „ Obra, a dextris ad Jazieniec pertinentia
 „ ab hinc, eundo, descendimus ad pratum
 „ Komornica nuncu-

„ patum non longe jacens ab agro Ku-
 „ clonia dicto, et a dextris prati ejusdem
 „ Komornica manente, per quod tandem
 „ pratum Komornica vocitatum ad dexteram
 „ flectendo, pereximus oblique alias
 „ Ukosem, usque ad rivum Strumien
 „ Clagnacy, sive Sbrodou vulgo nuncupatum.
 „ Quo rivo transgresso per angulum
 „ prati Chorzmienensis, cujus pars
 „ manens ad sinistram determinata est
 „ a nobis pro Obra, pars vero ad
 „ dexteram pro Jazieniec, ivimus, recta
 „ per prata usque ad pratum Radomin,
 „ et rivum Sliwinski dictum, jacentem
 „ prope cubitum, seu locum Jokiec
 „ nuncupatum, a sinistris manentem,
 „ et ad Obra pertinentem adfluvium
 „ Obra vulgariter Prawa Obra dictum;
 „ quem fluvium determinium esse tractus
 „ præfati, decidimus. Totum vero
 „ immediate relatam tractum, limitem
 „ esse inter bona Obra Reverendissimi
 „ Abbatis, et Jazieniec bona Conventus
 „ Obrensis, volumus, et decrevimus
 „ in perpetuum. Quumque in agris
 „ coarctatis limite lato, alias Viadzem,
 „ in pascuis vero, et pratis, fossa
 „ noviter erigenda, salicibusque de
 „ novo plantandis, consignari, et
 „ specificari, jussimus; ita ut, quæ
 „ sunt a sinistris tractus præfati,
 „ ad Obram, quæ vero a dextris
 „ ad Jazieniec inviolabiliter, et in
 „ ævum permaneant, et non aliter. =
 „ Secundo = Fundi ex Nieborzensi,
 „ et Zodyncensi, per supra factum
 „ Illustrissimum, et Reverendissimum
 „ Michælem Josephum Loka Abbatem
 „ Obrensem, de Saltuoso eradicati,
 „ et erecti, ac novo prædio dicta
 „ commutatione applicati, limites,
 „ seu determinium decrevimus, et
 „ assignavimus, hoc, qui sequitur
 „ modo. Incipiendo a scopulis
 „ angularibus, quorum unus juxta
 „ descriptionem limitum anni millesimi
 „ quingentesimi vigesimi primi est
 „ Jaromieriensis, secundus Voyciechoviensis,
 „ tertius Obrensis bona a præfatis
 „ distinguens; et ab illis versus
 „ Villam Nieborza eundo penes
 „ Borram Voyciechoviensem ex parte
 „ sinistra, ex parte vero dextera
 „ penes agros novi prædii, per
 „ paludem parvam Borrae adjacentem
 „ ad passus circiter centum
 „ quadraginta ultra paludem,
 „ perventum est. ad agrum
 „ Tabernatoris de Nieborza;
 „ in quo loco præscriptum est
 „ a nobis, primum determinium
 „ latitudinis, agrorum novi
 „ prædii. Ab hoc vero loco
 „ deflectendo orientem versus,
 „ itum est limite alias

„ Miedza, agros novi prædii a parte dex-
 „ tera, et Tabernatoris Nieborzensis a
 „ parte sinistra habente, recta linea us-
 „ que ad campum planum, alias do Smu-
 „ ga, a cujus limitis, seu Miedzy extre-
 „ mitate aliquantulum declinando in
 „ partem lævam, et eundo inter agros,
 „ deinde indagine, et rubeta a par-
 „ te sinistra ad Nieborza spectantia, a
 „ dextera autem parte inter locum de-
 „ clivem, et humidum, novo prædio
 „ applicatum, perventum est ad fauces
 „ fossæ in loco a nobis determinato,
 „ et assignato, mox erigendæ. Quæ fos-
 „ sa parumper iterum in lævam decli-
 „ nando, et recta versus Ecclesiam Si-
 „ lecensem eundo, determinium erit in-
 „ ter novum prædium Conventui appli-
 „ catum, et Villam Nieborza Abbatis
 „ usque ad fossam transversalem, aquas
 „ de fundis novi prædii versus Niebor-
 „ za deducentem. Et hæc ulterius tran-
 „ sversalis fossa prout versus Nieborza
 „ recte, sive oblique decurrit, fundos
 „ prædictos novi prædii et Nieborza
 „ distinguet, usque ad locum, ubi de
 „ eadem fossa in dexteram partem de-
 „ clinando versus viam de Cargova, pe-
 „ nes novum prædium ad Sielec ten-
 „ dentem, alia fossa nova, iterum re-
 „ cta versus Ecclesiam Sielecensem fun-
 „ dorum prædiorum differentialis jus-
 „ su nostro erigetur, extensa usque ad
 „ dictam Cargoviensem viam. Quæ
 „ deinceps via etiam antiquitus distin-
 „ ctiva honorum Nieborza, et Zodysi
 „ versus Sielec eundo, et Montes Are-
 „ nosos, ac declivia ad novum præ-
 „ dium (salvis ex utraque parte in
 „ fundis sterilibus, et sine damno pa-
 „ scuis liberis, et communibus) spe-
 „ ctantia, ambiendo, prout antiquitus de-
 „ currebat, et nunc decurrit, determi-
 „ nium erit Aviternum inter bona præ-
 „ fata. Viam vero, quæ ex alia par-
 „ te Montium Arenosorum quasi ad me-
 „ ridiem non pridem trita fuerat, no-
 „ vissime autem coarata est, disceden-
 „ tibus interdicendam demandavimus
 „ super eandem viam fossa, de pa-
 „ ludibus Lodinensibus versus Niebor-
 „ za aquam deducens, ut non obstrua-
 „ tur, et ponticulus super eandem fa-
 „ ctus, conservetur jussimus. A dicta
 „ vero fossa, et ponte, passibus circi-
 „ ter tercentis proximius Villæ Sielec
 „ eundo, ubi figura passionis Domini
 „ consistit, via dicta Cargoviensis desinit
 „ esse limes, verum de eadem via in par-
 „ tem dexteram in aliam viam de Nie-
 „ borza ad Lodyn tendentem declinan-
 „ dum, et hæc prout antiquitus, et

Bull. Rom. Tom. II.

„ semper fuerat, ita ut in posterum limes
 „ sit inter Villas Sielec, et Zodyn; ac
 „ demum notoria signa, sive Ujazdy
 „ et gurgites, antiquum litem inter
 „ prædictas Villas conservent decidi-
 „ mus. Et ita potestate, et auctoritate
 „ præfatis dislimitavimus, determinavi-
 „ mus, et determinia assignata a no-
 „ bis servanda in perpetuum decrevi-
 „ mus. Præsentibus Illustrissimo, et
 „ Reverendissimo Michaelæ Josepho Lo-
 „ ka Abbate Bledzeviensi, Illustrissimo,
 „ et Reverendissimo Joanne Nepomu-
 „ ceno Bystram Abbate Obrensi, AA.
 „ Patribus Alberico Legovoski Priore,
 „ Mauritio Bochenski Novitorum Ma-
 „ gistro, Uladislao Peczynski Provisore,
 „ Professis Obrensibus, pluribusque ho-
 „ norum præfatorum subditis, de nona-
 „ nini partium consensu, et accepta-
 „ tione, ac absque ulla a quoquam
 „ contradictione. In quorum fidem præ-
 „ sentes manu nostra subscripsimus,
 „ et Sigillo nostro Commissariali mu-
 „ niri fecimus. Anno, et die ut su-
 „ pra. Frater Constantinus Jetowiecki
 „ Abbas Landensis Commissarius Vica-
 „ rius Generalis, et specialiter ad hunc
 „ actum ab Illustrissimo Generali dele-
 „ gatus. Loco Sigilli

„ Et quia Ego Frater Bonifacius
 „ Skalovicz Professor Premetenæ, Præ-
 „ positus Vielunensis Ordinis Cisterci-
 „ ensis, sacra auctoritate Apostolica No-
 „ tarius publicus juratus, Varsaviæ in
 „ Sacra Nunciatura Immatriculatus, præ-
 „ sens Transumptum Literarum origina-
 „ lium referentium commutationem
 „ honorum aliquorum ad Mensam Re-
 „ verendissimi Abbatis Obrensis perti-
 „ nentium, pro certis bonis ad Mensam
 „ Conventus Obrensis spectantibus vidi,
 „ ac legi, ideoque testor, quod in om-
 „ nibus punctis, et clausulis concor-
 „ det de verbo ad verbum cum suo
 „ originali, in cujus testimonij robur,
 „ et majorem valorem, signo, nomine,
 „ et cognomine, ac aliis, quibus utor
 „ ad ea rogatus, et requisitus. Idem
 „ qui supra motu proprio Anno Domi-
 „ ni Millesimo Septingentesimo Sexa-
 „ gesimo die xvi. Mensis Junii. LXXS.
 „ Visi, et examinatis præinsertis In-
 „ strumentis novæ divisionis, ac per-
 „ mutationis honorum Abbatialium, et
 „ Conventualium, ac respective appo-
 „ sitionis limitam, seu terminorum in-
 „ ter P. Abbatem, et Monachos
 „ Monasterii Obrensis Ordinis Cister-
 „ ciensis sub auctoritate R. P. Vicarii,
 „ et Commissarii Generalis dicti Ordinis
 „ in Regno Poloniæ stipolatis, et

» a Reverendissimo Abbate Generali totius
» titius dicti Ordinis approbatis, et
» confirmatis, sicuti prædicta nova di-
» visio, commutatio, et terminorum
» positio factæ noscuntur ad evitandas
» dissentione, et lites, et pro conser-
» vanda Religiosa quiete, ac pace in-
» ter prædictos Abbatem, et Monachos
» Obrenses; Idcirco censeo, si Sancti-
» tati Suae placuerit, posse prædicta In-
» strumenta per Literas Apostolicas in
» forma Brevis pro potioris cautelæ
» suffragio in forma specifica confir-
» mari. P. Cardinalis Columna de Sciar-
» ra Protector.

Preces por-
rectæ pro su-
pprelate con-
cordiæ appro-
batione, quam
Pontifex elar-
gitur, et ge-
starum man-
dat observan-
tiam.

§. 2. Cum autem sicut eadem ex-
positio subjungebat, dicti exponentes
quo Instrumentum hujusmodi firmiter
subsistat, et servetur exactius Aposto-
licæ confirmationis Nostræ patrocinio
communiri summopere desiderent. Nos
ipsos exponentes specialibus gratiis, et
favoribus prosequi volentes, et a qui-
busvis excommunicationis, et interdi-
cti, aliisque Ecclesiasticis censuris,
sententiis, et pœnis, quovis modo, et
quacumque de causa latis, si quas forte
incurrerunt, hujus tantum rei gratia
absolventes, et absolutos fore censentes,
supplicationibus eorum nomine Nobis
humiliter porrectis inclinati, præinse-
rum Instrumentum, ac omnia, et singu-
la in eo contenta, et expressa au-
ctoritate Apostolica, tenore præsentium
approbamus, et confirmamus, illisque
inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur
adiicimus, omnesque, et singulos juris,
et facti defectus, si qui desuper quo-
modolibet intervenerint supplemus, et
sanamus.

Clausula su-
blata, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes, easdem præsen-
tes Literas, semper firmas, validas et
efficaces existere, et fore, suosque ple-
narios, et integros effectus sortiri, et
obtinere, ac illis, ad quos spectat, et
pro tempore quodcumque spectabit
plenissime suffragari, et ab eis respec-
tive inviolabiliter observari; sicque in
præmissis per quoscumque Judices Or-
dinarios, et Delegatos, etiam causarum
Palatii Apostolici Auditores, et Sedis
Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eo-
rum cuilibet quavis aliter iudicandi, et
interpretandi facultate, et auctoritate,
iudicari, et definiti debere, ac irritum,
et inane, si secus super his a quocum-
que, quavis auctoritate, scienter, vel igno-
rante contigerit attentari.

Derogatio con-
trariarum.

§. 4. Non obstantibus Constitutio-
nibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac
Monasterii, et Ordinis prædictorum,
etiam juramento, confirmatione Apo-

stolica, vel quavis firmitate alia robo-
ratis, statutis, et consuetudinibus; pri-
vilegiis quoque, indultis, et Literis Apo-
stolicis superioribus, et personis sub
quibuscumque tenoribus, et formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriarum
derogatoriis, aliisque efficacioribus, effi-
cacissimis, ac insolitis clausulis, irri-
tantibusque, et aliis decretis in gene-
re, vel in specie, ac aliis in contrarium
quomodolibet concessis, approbatis, et
innovatis. Quibus omnibus, et singulis
illorum tenores præsentibus pro plene,
et sufficienter expressis, ac de verbo ad
verbum insertis habentes, illis alias in
suo robore permansuris, ad præmissorum
effectum, hac vice dumtaxat specialiter,
et expresse derogamus, cæteri-
usque contrariis quibuscumque. Datum
Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die xxvii. Augusti
MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno
quinto.

CCC.

Dat. die 3. Sept.
1762. Anno V.

Veteribus indultis, et privilegiis revoca-
tis pro solemniter impertienda Popu-
lo Apostolica benedictione, novæ præ-
scriptiones generaliter observandæ sta-
tuantur.

*Ritus impertiendi Pontificiam Benedi-
ctionem super populum, servandus a
Regularibus quibus facultas hæc tri-
buta fuerat, præscripsit Benedict. XIV
constit. diei 19 Martii 1748 relata in
Benedictino Bullario; ubi plures aliæ
recensentur Pontificiæ Constitutiones;
quæ de ipsa Pontificia impertienda
Benedictione egerunt.*

Clemens PP. XIII.

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **I**nexhaustum Indulgentiarum
thesaurum a Jesu Christo Domino No-
stro Ecclesiæ relictum, Christiano po-
pulo maxime salutarem, et summo-
pere in pretio habendum esse, Catho-
licæ Ecclesiæ auctoritas, et Summo-
rum Pontificum prædecessorum Nostro-
rum gesta facillime suadent. Cumque
per divinæ gratiæ abundantiam, nullis
suffragantibus meritis, in suprema Bea-
ti Petri Cathedra constituti, modo ad
pastoralem sollicitudinem Nostram per-
tineat, per universum Domini gregem

Exordium

vigili cura providere, ut omnia in ea honeste, et secundum ordinem fiant; veterem, et probatam Ecclesiae consuetudinem circa Indulgentiarum dispensationem, quantum fieri potest restituere, et servare, simulque Christifidelium utilitati occurrere studemus.

Licit alias a Summis Pontificibus elargita fuerit potestas benedicendi populis, attamen nonnulli irrepererunt abusus.

§. 2. Inter caetera siquidem spiritualium gratiarum dona, quibus Summorum Pontificum liberalitate Christifideles cumulantur, potissimum locum habet Plenaria peccatorum Indulgentia, et remissio, quae statis anni diebus conceditur, dum Romanus Pontifex solemniter caere monia populo coram ipso congregato benedicit, et non raro ipsius Summi Pontificis nomine, effundendae Apostolicae benedictionis super Principes Viros absentes delegata fuit facultas: sed inde invaluit praeter modum, usus etiam, verbi Dei Praeconibus indulgendi, ut similiter cum Plenaria Indulgentia, Apostolicam benedictionem, non singulari alicui personae, vel familiae, sed universo ad Ecclesiam confluenti populo impertiri valerent: Nonnullos pariter, non sine aliquo Ecclesiasticae disciplinae discrimine, circa harum facultatum exercitium, irreperisse abusus deprehendimus.

Revocantur indulta, et privilegia impertiendi populo Apostolicam benedictionem salvis illis aliquibus Ordinibus regularibus attributis.

§. 3. Ut autem spiritualium gratiarum dona, sancte, atque incorrupte administrantur, quodque adeo salubriter institutum est, in perniciem non cedat abutentium, praemissa omnia Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, sacrisque Reliquiis praepositae examinanda commisimus, quae exquisitis etiam Consultoribus, votum suum Nobis aperiret. Postquam igitur, quid eadem Congregatio, auditis Consultoribus, hanc in re sentiret, percepimus; omnibus mature perpensis, justa rationem, congruosque limites in his praescribere volentes, de ipsius Congregationis consilio, Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, omnia, et singula particularia indulta, et privilegia effundendi supra populum Apostolicam benedictionem, per Romanos Pontifices praedecessores Nostros, ac per Nos etiam, quibusvis particularibus personis, sive Ecclesiasticis secularibus, sive cujusvis Ordinis, et instituti Regularibus, ad certum tempus, seu ad eorum vitam, non tamen illa praedecessores praedictos aliquibus Ordinibus Regularibus attributa, quae modo infrascripto salva esse volumus, respective concessa, et elargita, etiamsi eadem parti-

culares personae, ex quavis causa illa impetrarint, et in possessione indultorum, ac privilegiorum hujusmodi reperiantur, harum serie revocamus, ac de medio tollimus, et aboleamus.

§. 4. Porro ad submovendos quosvis abusus, qui in hac re, vel suboriti deprehendantur, vel quandoque suboriri possent, et ad augendam erga Pastores eminenti Episcopatus dignitate pollentes, populorum devotionem, simulque Christifidelium utilitati, de immenso, et inexstimabili thesauro Ecclesiae tradito consulere volentes, ipsarum tenore praesentium statuimus, quod deinceps Venerabilibus fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, nec non dilectis filiis Praelatis inferioribus, Mitrae, et Pontificalium usum, Territoriumque separatam cum vera qualitate nullius Diocesis habentibus, et activa in clerum et populum jurisdictione gaudentibus, nunc et pro tempore existentibus; Patriarchis, videlicet, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, duabus anni solemnibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioque die festo solemniori, eorum respective arbitrio designando; Praelatis vero, praemissis qualitatibus praeditis, et in propriis Territoriis degentibus, semel in anno, in uno ex diebus, quibus eorum singulis Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, populo in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque nomine, facultas solemniter benedicendi, cum elargitione Plenariae Indulgentiae, juxta ritum, et formulam inferius tradendam, concedi possit, et ipsorum unicuique, quamdiu illi suis respective Ecclesiis praefuerint, gratiamque et communionem cum Apostolica Sede habuerint, per Literas Apostolicas in forma Brevis, gratis, ut in similibus mos est, concedatur. Ad quorum effectum, ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos, ac supramemoratos Praelatos, nunc, et pro tempore existentes, in Domino hortamur, ut pro dignitatum eorum splendoris augmento, et fidelium populorum ipsis creditorum, congrua erga Divinam justitiam satisfactione, a Nobis, et successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, facultatem hujusmodi, ultro ipsis oblatam, postulent, et impetrare non pretermittant.

Præsumitur dies quibus concedi deinceps poterit indultum solemniter populo benedicendi.

§. 5. Quoniam vero eas facultates, impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam benedictionem, aliquibus

Regularibus Ordinibus, quibus praeservatur indultum

Apostolicæ benedictionis, in jurgitur observantia rituum præscriptorum a S.M. Benedicto XIV.

Regularibus Ordinibus concessas præservare intendimus; harum serie declaramus, illas juxta concessionem Apostolicam auctoritate factas, salvas et illæsas esse debere: Districte tamen dilectis filiis eorundem Ordinum Superioribus, et Professoribus, etiam speciali mentione dignis, facultate, et indulto hujusmodi gaudentibus, et qui in posterum gaudebunt, harum quoque serie præcipimus et mandamus, quod in illius exercitio, in omnibus, ritum, et formam a fel. rec. Benedicto PP. XIV. per ejus Epistolam Encyclicam, sub die XIX. Martii Anni Domini MDCCXLVIII. Pontificatus Sui Anno Octavo editam, præscriptum, servare; et insuper in dictis duabus solemnitatibus, quatenus Episcopi in illis facultate hujusmodi utantur, ab effundenda benedictione penitus abstinere respective debeant. Ac iidem, ad submovendam quancumque dubii causam, declaramus etiam, per benedictionem, Apostolica auctoritate, siye per ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos, siye per Regulares quoslibet, ut præfertur impendendam, nullam prorsus a censuris, et pœnis Ecclesiasticis, scienter, vel ignoranter incurris, absolutionem concedi, neque ab illis absolutio prætextu benedictionis hujusmodi susceptæ prætendi possit.

* Clausula subblata.

Decernentes, præsentibus Nostras Litteras, et in eis contenta quæcumque, semper validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios effectus perpetuo sortiri, et obtinere, atque iis, ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, ac respective ab omnibus observari debere.

Derogatio contrarium.

Non obstantibus, quatenus opus sit, quibusvis Apostolicis, et in generalibus ac Provincialibus Conciliis editis generalibus seu specialibus Constitutionibus: Nec non Ordinum Regularium quorumcumque præmissis, et aliis privilegiis, ac indultis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam simili motu, scientia, et potestatis plenitudine concessis, ac pluries approbatis, confirmatis, et innovatis: Nec non Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita for-

ma ad hoc servanda foret; latissime et plenissime, ac specialiter et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptum fides.

Ritus vero, et formula a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis pro impertienda Benedictione, una cum Plenaria Indulgentia post Missarum solemnitas, triplici signo Crucis emisso, et in Episcopali Trono, eum Mitra, cæterisque sacris paramentis indutis, circumstantibus Ministris, adhibendus, quod congrue de Prælatibus inferioribus intelligatur, talis esse debet.

Præscribitur ritus adhibendus pro impertienda a postolica solemnitate benedictione.

Expleta in utraque solemnitate Missæ solemnitis celebratione, in primis alta voce, per Ministrum, Superpelliceo indutum, legantur Litteræ Apostolicæ, quibus Indulgentia Plenaria conceditur, unacum potestate benedictionem Apostolicam super populum effundendi, ut de delegatione adstantibus constet, et concessio ex latino sermone in vulgarem ad populi intelligentiam, translata recitetur. Postea Episcopus surgens, juxta ritum in Cæremoniæ Episcoporum expressum, dicet:

Precibus et meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Joannis Baptistæ, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et omnium Sanctorum.

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis omnibus peccatis vestris, perducatur vos Jesus Christus ad vitam æternam.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium veræ, et fructuosæ penitentiae, cor semper penitens, et emendationem vitæ, perseverantiam in bonis operibus, tribuat Vobis Omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

Et Benedictio Dei Omnipotentis PATRIS ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI descendat super Vos, et maneat semper. R. Amen.

Demum, post impertitam benedictionem, publicabitur latino, et vernaculo idiomate concessio Plenariæ Indulgentiæ, sequenti formula.

Attentis facultatibus a Sanctissimo in Christo Patre, et Domino Nostro, Do-

mino CLEMENTE, Divina providentia, PAPA Decimotertio, in enunciatis Apostolicis literis expressis, datis Reverendissimo Domino, Domino N., Dei et Apostolicæ Sedis gratia, hujus Sanctæ N. Ecclesiæ Antistiti; Eadem Dominatio sua Reverendissima, Summi Pontificis nomine, dat et concedit omnibus hic presentibus, Indulgentiam Plenariam in forma Ecclesiæ consueta: Rogate igitur Deum pro felici statu Sanctissimi Domini Nostri PAPÆ, Dominationis Suae Reverendissimæ, et Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Sa nctio poe-
nalis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum revocationis, abolitionis, statuti, hortationis, declarationis, præcepti, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei auso temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII, Tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto,

CCCI.

Dat. die 4. Sept.
1762. Aon. IV.

Declarat Augusto Poloniæ Regi Illustri, per novum indultum elargiendum, super alternativa collatione Beneficiorum, ab Ordinariis facienda in Poloniæ Regno, nil innovatum censi debere Constitutionibus Leonis X., et Clementis VII super eadem alternativa collatione.

Alternativam collationem Beneficiorum in Poloniæ Regno concessit primus Leo X. Const. Anni 1520. Jul. 1. eamque confirmavit Clemens VII. Constit. Anni 1526. Decembris 1. quæ binæ prætermisæ fuere in Bullario Mainardii

Carissimo in Christo Filio Nostro
Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem

Causa hujus
Epistole.

§. 1. Studium Nostrum benemerendi de Venerabilibus Fratribus Regni istius Episcopis in eo, quod a multo tempore de ratione beneficiorum con-

ferendorum tractatur negotio, existimamus, satis luculenter Nos ostendisse, qui diximus novo Nos indulto, quæ illi postulant ad prescriptam prædecessorum Nostrorum Leonis X., et Clementis VII ex integro concessuros. Gratam hanc illis fuisse voluntatem Nostram Regiæ Majestatis tuæ literæ Nobis denunciaverunt: sed eos vereri scribis, ne ex ejusmodi novo indulto, veteribus eorundem Leonis X., et Clementis VII. indultis in Polonicarum legum codicem jam relatis, quodammodo oborganti, Regni tui Primores, quibus quidquid speciem quamdam exhibeat novitatis, fuit semper invisum, offensionis aliquid accipiant, magno cum periculo, ne qua inde in Republica gravis dissentio commoveatur.

§. 2. Itaque pro ea qua Majestatem tuam charitate summa complectimur, tranquillitatis tuæ maxime cupidi, et illuc vehementer incumbentes, ut in omnibus, quæ tibi grata esse existimamus, quoad Sedis hujus Apostolicæ dignitas patitur, et Majestas, voluntati tuæ assequamur, cum Dilecto Filio Nostro Joanne Francisco, Cardinali Albano, qui rerum vestrarum satis prudens, non tam diligenter, et impigre, quam circumspectione summa, et accurata consideratione id negotium administravit, sermonem contulimus, atque rem omnem sic commodissime, et sine cujusquam querela confici putavimus, ut jubeamus, Datarie Nostræ Ministros eorundem prædecessorum Nostrorum Leonis, et Clementis indulta, sancte imposterum, inviolateque servare. Hujus negotii, in quo tantopere, tamque diu ad hanc usque diem versati sunt homines, quibus fuit commissum, eam demum explicandi rationem non dubitamus, quin tua Majestas sit probatura. Denique, Deum impense precantes, ut ad Catholicam Religionem tuendam, et amplificandam, majoribus in dies tua Majestas angeatur opibus, et potentia, tibi, carissime in Christo Fili Noster, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Significat, de-
masse Apo-
stolicæ Datarie
Ministris ne ali-
quid novi faci-
ant contra
constitutiones
Leonis X. et
Clementis VII.

Dat. die 4. Septembris 1762. Anno V.

CCCII.

De eodem argumento Gnesnensi
Archiepiscopo scribit

Vide Epistolam superiorem

Venerabili Fratri
Uladiſlao Archiepiscopo Gnesnensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Archiepiscopi observantiam, erga S. Sedem commendat.

§. 1. **V**oluptatem Nobis magnam nunciarunt Fraternitatis tuæ literæ, summæ erga Nos observantiæ, et in hanc Sanctam Sedem egregiæ voluntatis, singularis devotionis, et flagrantissimi studii plenæ; ex quibus intelleximus, Venerabiles Fratres Polonici Regni Antistites, Nostram de illis benemerendi voluntatem in eo, quod ad rationem pertinet conferendorum Beneficiorum, gratissimo animo accepisse. Verum illis, id unum ægre fuisse narras, quod Nos ab indultis Leonis X., et Clementis VII. in Polonicarum legum Codicem multo ante relatis, nihil deflectendo, novo Indulto, idem quod illi prædecessores Noſtri diximus Vobis concessuros. Hæc enim Noſtra tibi, cæterisque Regni istius Episcopis gratificandi ratio, verendum esse scribis, ne specie quadam novitatis, a qua Optimates, ubi de solemnibus pactionibus, et conventis agetur, quam maxime abhorrent, eorum concitet animos, et perturbet, magno cum periculo amittendæ publicæ pacis. Nos igitur, quorum præcipuum munus esse debet, non dissensiones modo sedare, sed etiam novissimas quasque querelarum causas prohibere, mollissimam reperimus, et pacatissimam viam, qua beneficium Noſtrum, Fraternitatis vestræ consequi possint.

Eandem certiorera facit jussisse Datariorum Ministros, ne aliquid innovent Constitutionibus Leonis X., et Clementis VII. circa alternativam beneficiorum collationem.

§. 2. Itaque Datariorum Noſtræ Ministros sic sancte, inviolateque Leonis X., et Clementis VII. indulta imposterum servare jubebimus, ut in eo, quod ad conferenda beneficia pertinet, ne tantillum quidem ab iis indultis recedant. Id vero negotium diu multumque sub prædecessoribus Noſtris in magna varietate versatum, nunc demum impigre, et graviter adnitente Dilecto Filio Noſtro Joanne Francisco Cardinali Albano, qui non modo strenuam operam suam, sed etiam diligentis hominis, harumque

rerum prudentis Dilecti Filii Alexandri Roccatani Polonæ Republicæ in hac Noſtra Romana Curia rebus gerendis præpositi, industriam adhibuit, Fraternitati tuæ magnopere gratulamur tui Primatus tempore, tranquille, et ut confidimus sine cujusquam querela fuisse confectum. Reliquum est, ut quod amantissime facimus, Fraternitati tuæ, cæterisque Venerabilibus Fratribus ipsius Regni Episcopis, optimæ erga vos omnes voluntatis Noſtræ pignus Apostolicam benedictionem impertiamur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die iv Septembris MDCCLXII. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

CCCIII.

Dat. die 8. Septembris 1762. Anno V.

Nunciat Cardinali de Gesures, in publico Consistorio reprobata fuisse acta nonnullorum Parlamentorum Regni Galliæ contra Jesuitas gesta, illumque hortatur ut Ecclesiæ jura defendat.

Consistorium secretum de quo Pontifex loquitur in præſenti, et subsequenti- bus Literis, et quo prescripta sunt acta nonnullarum Curiarum laicalium in Gallia, Ecclesiasticæ jurisdictionis eversiva, et S. Sedi injuriosa, atque Societati Jesu, non reperitur transcriptum in Codice ad hunc annum se referens. Fortasse fuit peculiari folio amandatam, illudque præteritorum temporum vicissitudinibus vel deperditum, vel aliis monumentis permixtum; si tamen deinceps reperiri poterit, dabimus in supplemento apponendo in fine hujus Pontificatus.

Dilecto Filio nostro Stéphano Renato Tituli Sanctæ Agnetis extra Muros S. R. E. Presbytero Cardinali de Gesures nuncupato.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **Q**uæ hic acta a Nobis sunt Tertio Non: Septembris coram frequentissimo VV. Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium cœtu, malimus te ex Noſtris litteris, quam ex alienis nunciis, aut ex incerta fama ac rumore cogno-

Quas a Gallicis Parliamentis contra Jesuitas gestas in S. Sedis auctoritatem, atque dignitatem impetuit.

scere. Edicta, seu ut vocant Arresta Parliamentorum, quibus isthic Societas Jesu, tamquam mortifero quodam ictu confossa, ac prostrata est, Nostram etiam, ac hujus Sanctæ Sedis dignitatem, atque auctoritatem per summam injuriam, ac contumeliam impetunt, ac illa quoque, quæ in Religione nostra habentur jure sanctissima, mirasane, ac incredibili temeritate tollunt prorsus, atque infringunt. Quapropter summo doloris sensu concussi, cum has præsertim inferri plagas videremus ab iis, qui Catholicorum in partibus censentur, statim pro munere Nostro, more, exemploque majorum, convocatis in Consistorium Cardinalibus, dolorem hunc Nostrum in eorum sinus effudimus, atque Arresta ipsa detestantes, sententia Nostra damnare, abolere, atque irrita, ac nulla declarare; volumus.

Cardinalis studium, et zelum erga Apostolicam Sedem excitat pro tuendis illius j-ribus.

§. 2. Quare Te, qui quum in Sacri Collegii numero sis, animum quoque tuum gerere debes isti personæ consentientem, per has litteras Nostræ sollicitudinis facimus participem, tibi que Nostram istam sententiam, actionemque significamus, ut, quamquam summo sis in Nos, in Apostolicam Sedem, ac Religionem studio, tamen intellecta voluntate Nostra, concordique tuorum Collegiarum consensione, multo fieres ardentior: In qua re vel monere te, vel hortari non tam Nos, tua scilicet pietate freti debemus, quam tu ipse efficere, ut Nostra hæc summa de tua virtute fiducia, nec nimia, nec inutilis fuisse videatur. Atque in paternæ Nostræ benevolentiae pignus, Apostolicam tibi benedictionem peramanter imperitur. Datum Romæ etc. die viii. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIV.

De eodem argumento scribit Cardinali Rochechovartio.

Dilecto Filio Nostro Joanni Francisco Tituli Sancti Eusebii Presbytero S.R.E. Cardinali Rochechovartio nuncupato.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Pontifici sui animi angustias captivum pro

§. 1. Spem inter et metum distracti, diu multumque dubitavimus, quam Bull. Rom. Tom. II.

viam ingrederemur, qua illud possemus consequi, ut quas Catholicæ Ecclesiæ injurias, Gallicani Regni seculares aliquot curiæ obtulerunt, aliquando vindicarentur, quæque ab illis curiis parari sensimus, averterentur. Terrebatur Nos magnitudo mali, et si quid remedii adhibere moliremur, verebatur, illud ne fieret asperius: nec vero animum despondebamur futurum, ut aestus animorum paulatim defervescerent; sive quod causæ, quibus ad bene sperandum adducebamur, viderentur haud ita leves, sive quod charitas omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Verum hac spe, qua detinebamur, infracta, cum malum fieri videamus subinde robustius, illud Salomonis Nobis in mentem venit = Prudentiæ tuæ pone modum =

gestis in aliquibus Curis Secularibus Regni Galliarum.

§. 2. Itaque oblatum imperitis, et simplicibus hominibus scandalum ex eo, quod ab illis secularibus curiis gestum est, omnino amoliri volumus. Quid enim homines rudes, aut parum intelligentes de Instituto Societatis Jesu existiment, ubi accipiant, plures esse Magistratus in Gallia, a quibus Institutum illud sit explosum ut irreligiosum, et impium, cum fortasse nec cognitum habeant a Catholica Ecclesia illud in Trydentina Synodo pium esse appellatum, et a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris maximis laudibus cumulatam; et beneficiis; nec ad resistendum factiosorum hominum obreccationibus vel animi satis habeant, vel intelligentiæ?

Clericorum Societatis Jesu virtutes, et merita indignant.

§. 3. Ne igitur quisquam de simplicibus ejusmodi rudibusque hominibus suspicari possit, Ecclesiam in rebus quidem fidei falli nesciam, in censura tamen morum, et generis vitæ ad Evangelica consilia instituendæ potuisse fallere, et falli, in Consistorio Secreto, die hujus Mensis tertia habito, coram Venerabilibus S. R. E. Cardinalibus solenne decretum edidimus, quo quidquid ab illis curiis, quod ad Institutum Societatis Jesu pertinet, gestum est, infirmavimus, et rescidimus, seu verius nullam firmitatem, nullumque robur unquam habuisse declaravimus, et nullum irritumque censendum esse pronuntiavimus. Facti hujus Nostri nescium te non esse oportuit. Cardinalatus enim honorem gerens, atque adeo S. huic Sedi arctissima conjunctione devinctus scire debes, quidquid ab eadem Apostolica Sede gestum sit, ut ejus præeunte exemplo, fortitudinem exeras tuam, magnamque constantiam

Infirmata fuisse in secreto Consistorio acta omnia Curiarum Galliarum contra Joannem Societatis gesta, denunciat.

adhibeas, ut nefarii contra Ecclesiam Catholicam impetus, opera, et virtute tua, quoad ejus fieri poterit, refringantur. Deum Opt: Max: enixe precamur, ut invicto, et vere Episcopali robore in tantis rerum asperitatibus animum tuum communiat, tibi que eximie erga te charitatis, singularisque benevolentie Nostrae testem, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romae apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 8. Septembris 1762. Ann. V.

CCCV.

Injuriam Romanae Ecclesiae factam a Laicis Comitibus Regni Galliarum damnasse in Secreto Consistorio significat Cardinali de Bernis, cui Societatis Jesu institutum commendat.

Dilecto Filio nostro Joachimo S. R. E. Diacono Cardinali de Bernis.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Effrenatam licentiam Laicorum Curularum exprimit super temerario iudicio contra Jesuitas emissio.

§. 1. Quanta Gallicani Regni aliquot curiae quamque effrenata licentia, divinae Ecclesiae potestatem conatae sint adhuc infringere, saepe antea te arbitramur animadvertisse: nunc tamen maxime, cum satis arroganter ad suum iudicium Societatis Jesu revocaverint Institutum, et quod omnium gravissimum est, minimeque ferendum, eam de illo sententiam tulerint, quae Catholicae Ecclesiae injuriam omnium maximam faciat. Quasi enim illa in errorem lapsa sit, quod illud Institutum in Tridentina Synodo appellaverit pium, illud curiae illae irreligiosum pronuntiaverunt, et impium.

Ad quam injuriam revelandam, secreto in Consistorio, contemnenda illa acta, fuere proscripta.

§. 2. Expectantibus interea Nobis dum ab his motibus, quibus eam rem jactari videbamus, aliquando animi conquiescerent, gliscente in dies malo, diutius bene sperare non licuit, et impositam Ecclesiae tantam injuriam revellendam denique, propulsandamque arbitrati, in Consistorio secreto die hujus Mensis tertia coram Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus solemniter decreto, injuriosa in Ecclesiam, et in hanc S. Sedem Magistratum illorum acta omnia rescidimus, infirma-

vimus, seu potius omni firmitate et robore caruisse, et carere, et ut nulla censenda esse pronuntiavimus. Id te a Nobis rescire volumus, quem Cardinalatus ornatum honore, ac propterea Ecclesiae Romanae peculiari quodam modo obstrictum magis quam caeteri fideles, et deditum, non aequum est ignorare, Apostolicam Sedem suo non defuisse officio, quo ab illatis injuriis Catholica vindicaretur Ecclesia. Ejus exemplo non dubitamus, quin ipse futurus sis incitator ad restituendum hominibus, qui ad excondendam sacrosanctam Ecclesiae potestatem conspiraverunt. Id cum de tua religione, et in Deum pietate, et in hanc S. Sedem observantia pollicemur, et fide, Apostolicam benedictionem tibi dilecte Fili Noster amantissime impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VIII. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCVI.

Dat. die 8. Septembris 1762. Ann. V.

De eodem argumento Epistolam mittit Cardinali de Luines.

Dilecto Filio Nostro Paulo Tituli Sancti Thomae in Parione, Praesbytero S. R. E. Cardinali de Luines nuncupato, Archiepiscopo Senonensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum illatum Nobis esset de ea tempestate, quae in Societatem Jesu deservit, vires suas atque impetum se in Nostram etiam, Sanctaeque Sedis dignitatem, atque auctoritatem effudisse, ac ne ea quidem intacta reliquisse, quae in Nostra Religione jure censentur sanctissima, cumque ipsa etiam Edicta, seu Arresta, ut vocant, Parliamentorum, Nostris subijceremus oculis, atque audaciam ipsam, ac temeritatem loquentem quodammodo videremus, tanto non solum doloris, sed et admirationis sensu correpti sumus, ut vix illos, qui Christi legem profitentur, eo procedere potuisse credendum videretur.

De Edictis arbitrariis Parliamentorum Gallicorum, etque injuriis Romanae Ecclesiae loquitur.

§. Itaque statim tertio Non. Septembris pro munere Nostri ratione, more, Institutoque majorum frequentissimum Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Senatam in Concistorialem Cu-

Ea a se damnata fuisse exprimit in secreto Consistorio, Cardinalemque excusat ut ad Ro-

manus Ecclesie
defensionem
assurgat.

riam coegimus, ibique Nostram de Arrestis sententiam aperuimus, qua damnamus illa, atque abolemus, et irrita prorsus; ac nulla declaramus. Quare, dilecte Fili Noster, qui de de eodem es Sacro Collegio, eodemque Nobis cum spiritu de huiusmodi rebus sentire debes, cum interesse illi Nostrae actioni non potueris, per has te literas eiusdem certiore facimus, atque hortamur in Domino, ut accipiens armaturam Fidei, qua resistere in die malo possis, et in tuenda dignitate Nostra, et in Apostolicæ Sedis auctoritate vindicanda, strenuum te geras, maxime vero in asserendis iis, quæ nostræ Religionis sunt, propugnatorem acerrimum. Hæc de te sperare Nos jubet tua in Nos, atque in hanc Sedem perspecta pietas, atque observantia, præcipuumque Christianæ legis ac disciplinæ studium, propterque te maximo, quo possumus, prosequentes benevolentia testimonio, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die viii. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

creto die Mensis huius tertia, solemniter Decreto coram Ven. Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus acta illa omnia rescidimus, seu potius inania, nulliusque roboris, et irrita, ac nulla esse declaramus. Equidem mollissimas quasque vias persequuti sumus, quibus eo perveniri posse putavimus, ut ab Ecclesia tantum vulnus avertere, Deoque fidentes, qui fecit iudicium injuriam patientibus, in dolore sustinuimus, et in humilitate Nostra patientiam habuimus, expectantes si forte homines, qui adversus illud Ecclesiæ de Instituto Societatis Jesu iudicium, tam atroces coorti sunt, lenitate quadam Nostra, et mansuetudine mollirentur.

§. 2. Verum cum ea denique spes frustrata Nos fuerit, vindicanda omnino fuit Ecclesia, quæ insimulatur id Institutum, quod illæ Curia impium, et irreligiosum repererint, pium habuisse, tantamque labem duorum sæculorum spatio, in suo ipsius quodammodo siu fovisse. Factum id Nostrum tibi, dilecte Fili Noster, putavimus denuntiari oportere, tum quod Nobiscum ob Cardinalatus, quem geris honorem jura tibi summæ necessitudinis intercedunt, tum etiam, ut Nostro confirmatus exemplo in causa Religionis, impiis adversus Ecclesiam conatibus, Episcopali tua fortitudine strenue resistas. Denique fortitudini tuæ in Ecclesiæ defendenda divina, sublimique potestate, prospere ut omnia eveniant, auspiciem Apostolicam benedictionem Nostram tibi, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die viii. Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Cardinalis
provocantidem
et zelum, ut
in protuenda
Catholica Re-
ligione assur-
gat.

Dat. die 8. Se-
ptembris 1762
Anno V.

CCCVII.

Cardinalis de Choiseul excitat Religionem ad protuenda Romanæ Ecclesiæ jura, temeritate summa conculcata a Laicis Comitibus Regni Galliarum, impia condemnatione instituti Societatis Jesu.

Dilecto Filio Nostræ Antonio S. R. E.
Præsbytero Cardinali de Choiseul

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem

Agit primum
de arbitrario
iudicio ad dis-
sipandam, et
extinguendam
Societatem Je-
su.

§. 1. **P**ermolesta tibi fuisse arbitramur, quæ a Supremis Gallicani Regni secularibus aliquot curiis gesta sunt ad dissipandam, extinguendamque Societatem Jesu; atque illud in primis, quod ejus Institutum ab Ecclesia Catholica comprobatur, ut pium, idem curiæ illæ declaraverint irreligiosum et impium; vota vero, quibus Clerici Regulares ejusdem Societatis, Deo se devoverint, indigna esse, quæ Deo offerantur. Quam quidem Catholicæ Ecclesiæ sane atrocem injuriam cum diutius pati non potuerimus, in Consistorio se-

Bull. Rom. Tom. II.

P. p. 2

Dat. die 8 Se-
ptembris 1762
Anno V.

CCCVIII.

De eodem Argumento scribit Cardinali
de Rohan.

Dilecto Filio Nostro Ludovico Constantino
S. R. E. Presbytero Cardinali
de Rohan.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Quam im-
merito Gallica-
na Curia Lai-
corum sense-
riet de Societate
Jesu in
Tridentina Syn-
odo comproba-
ta, et Ro-
mana Sede
laudibus ornata

§. 1. **P**errupta omnia Ecclesiae ju-
ra, divinamque illius potestatem fra-
ctam protritamque vides a secularibus
Gallicani Regni Curia, quae Societatis
Jesu Institutum a Catholica Ecclesia in
Tridentina Synodo comprobatum, Ro-
manorum Pontificum praedecessorum
Nostrorum laudibus ornatum, et bene-
ficiis, et Gallicanorum Episcoporum
praconio collaudatum, contumeliosis-
sime appellarunt, et irreligiosum esse
censuerunt, et impium. De eo quoque,
quod in votis suscipiendis Deo gratum
sit, quodve aspernabile judicandi mu-
nus secularis potestas sibi praeripuit,
et ea vota, quibus in Societate Jesu se-
se homines devovent, pronuntiavit, in-
digna esse quae Deo offerantur. Nos qui-
dem his in Ecclesiam illatis injuriis gra-
viter iugemuimus, sed pluribus de cau-
sis in spem quandam adducti fore, ut
tanta, tamque gravis tempestas suos
aliquando poneret fluctus, non ne dis-
simulavimus? non ne quievimus? Ec-
ce autem gravior in dies fit indigna-
tio. Quamobrem ad vindicandas de manu
Ecclesiae injurias illud Prophetiae usur-
pavimus = propter Sion non tacebo, et
propter Hierusalem non quiescam = et
in Consistorio secreto die tertia hujus-
mensis habito coram Ven. Fratribus No-
stris S. R. E. Cardinalibus, solemniter
Decreto acta illa omnia, quae ab illis se-
cularibus curiis contra omne jus et fas
adversus Societatis Jesu Institutum ge-
sta sunt, infirmavimus, rescidimus, omni-
que firmitate aut robore caruisse, et
carere pronuntiavimus.

Consistori-
hilus actis Car-
dinali significa-
tis, hunc hor-
tatur ut surgat
Catholica Ec-
clesiae Defensor.

§. 2. Id, Dilecte Fili Noster, a No-
bis tibi notum fieri aequum fuit, qui-
cum Cardinalatus honorem gerens, S. huic
Sedi sis addictissimus, quidquid a No-
bis ad ejus dignitatem conservandam,
et ad Ecclesiae Catholicae Majestatem
tuendam gestum sit, cognitum habere
debes, ut eidem Apostolicae Sedi, et

universae Ecclesiae defendendae alacri-
ori strenuitate operam tuam adhibeas.
Plurimum quidem in auctoritate tua po-
situm praesidii cognoscimus: ea nunc
cum maxime, ut in Ecclesiae bonum
utare, a te flagrantissime poscimus,
tibi que, dilecte Fili Noster, Aposto-
licam benedictionem, eximiae in te No-
strae charitatis, singularisque benevo-
lentiae pignus, peramanter impertimur.
Datum Romae apud Sanctam Mariam
Majorem sub Anulo Piscatoris die viii.
Septembris MDCCLXII. Pontificatus No-
stri Anno quinto.

CCCIX.

Dat. die 14. Se-
ptembris 1762.
Ann. V.

Ad novitates evertendas Christianae Re-
ligioni, et sanctae Sedis juribus, ad-
versas, a triennio inductas in utrius-
que Siciliae Regno, Pontificia chari-
tate scribit Ferdinando Regi Illustri,
illiusque excitat zelum ad emulanda
majorum exempla.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Ferdinando utriusque Siciliae
Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissimo in Christo fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **A** quo tempore utriusque
Siciliae Regnum suscepit Majestas tua,
tanta rerum, quae ad Ecclesiam, et
Apostolicam Sedem pertinent, a hanc
usque diem facta est immutatio, tam
multa sic versa sunt et inclinata, ut de
Ecclesiastica inde potestate ejusque ju-
ribus non mediocriter imminutis apud
Majestatem tuam denique statuerimus
conqueri. Aeque autem animo patiari,
carissime in Christo Fili Noster, tecum
Nos agere paulo liberius, et de eo,
quod aeternae salutis tuae maxime in-
terest, regiam Majestatem tuam, ea fide
monere, quam a Nobis postulat ipsum
a Christo Domino institutum, quo sa-
ne immerentes fungimur, Summi Pa-
storis officium, et docendorum Fide-
lium efflagitat Nostrae necessitas Magi-
sterij. Horum in numero Fidelium cum
te quoque voluerit esse summa Dei
virtus, et gratia, te itidem aequae ac
quemquam alium, etsi sublimem adeo
locum tenes, et maxime excelsum,
Ecclesiae, summoque ejus capiti, in
hujus vitae cursu, ut aeternae vitae po-

Conqueritur
quod Religio-
nis res in utrius-
que Siciliae Re-
gno, et Eccle-
siastica pote-
stas inclinata
sunt, et in de-
terius conver-
sa,

rum Majestas tua possit attingere regendum tradidit, et monendum.

Eundem hortatur ut serio animadvertat ad ea quæ ab triennio evenire in Religionis perniciem.

§. 2. Itaque te pro paterna Nostra erga Majestatem tuam benevolentia, summoque amore rogamus, et a te impensissime petimus, ut ad ea, quæ S. Ecclesiæ, atque huic debes Apostolicæ Sedi regium animum adicias tuum, quo minime Deo probari posse, immo valde odiosum illi esse intelligas, amantissimam tui Matrem Romanam Ecclesiam, per ea, quæ fere quotidie toto utriusque Siciliæ Regno aguntur, vetustissimis juribus, superiorum omnis ætatis Regum prædecessorum tuorum consensione perpetuoque usu sancitis, jamjam expoliatam esse; et quibus rebus ab antiquissimo tempore prædita fuit, de eorum possessione præsertim per hos tres annos, exturbatam, atque dejectam.

Reprobatu primo, quod laici pro arbitrio res sacras, et divinas administrant, inconsulto Romano Pontifice.

§. 3. Illud vero omnium gravissimum minimeque ferendum, laicos homines manus suas ad arcam Domini admovere, sacras res, atque etiam divinas pro lubitu suo administrare, inscio, et inconsulto universalis Ecclesiæ Summo Pontifice, cujus tamen Fidei sacrarum divinarumque tractandarum rerum potestas a Christo Domino tradita est, et commissa; qua Romanus idem Pontifex longe, lateque usus est, eamque præcipuo quodam jure in istis Majestatis tuæ Regnis semper ad hanc usque diem tranquille pacateque gessit. Illud verò altissimæ Regio animo esse defixum tuo volumus, et vehementer optamus, sacrorum tantummodo Catholicæ Ecclesiæ Antistitem, præcipuas vero Romani Pontificis esse partes, doctrinæ bonum depositum custodire, Fidelem populum Christianæ fidei scita libere docere, eique vias Domini, in quibus sine prolapsione possit ingredi, commonstrare: qui vero de sæculo hujusmodi munus sibi præripiat, illum sacratissima omnium jura perrumpere, atque Jesu Christo summam facere injuriam, cui non cum secularibus hominibus, sed cum Apostolis erat sermo, cum dixit = Qui Vos audit, Me audit. =

Hæc ipsa de re quærelas detulisse Catholico Hispaniarum Regi Pontifex significat.

§. 4. Hos autem animi Nostri sensus cum carissimo in Christo Filio Nostro Carolo amantissimo Parente tuo Catholico Rege per literas Nostras communicavimus; cujus religiosam de Ecclesia sollicitudinem, paternumque in Majestatem tuam amorem facturum confidimus, ut cognoscas, quod iter tibi pateat ad veram, et Christiano Principe dignam, et in Jesu Christo solidam

gloriam; teque cohortaturum, ut omnia isthic ad fides sacerdotium inter, et imperium a vetustissimo tempore positos, restituantur; et quæ contra publicam fidem, contra solemnnes pactioes uliro citroque factas, et immortalis Deo teste interposita jurisjurandi fide, et religione firmatas (quæ quidem apud omnes Gentes habentur jura omnium sanctissima) usque ad hanc diem gesta sunt, deleantur, et Apostolicæ Sedis jura, cæteræque res sacræ ad eum statum, quem sine cujusquam querela jampridem tenebant, regio jussu tuo revocentur.

§. 5. Quæ vero a pietate tua, et justitia corrigi postulamus, et emendari, eorum seriem singulari chartæ consignatam Majestati tuæ tradet Noster apud eam Nuncius Venerabilis, Frater Josephus Archiepiscopus Cartaginensis. Quod si propter peccata Nostra, Deo Nobis irato contigerit, ut de spe Nostra, quam in Majestatis tuæ pietate posuimus, decidamus; profecto ne Apostolico Ministerio amisso, animæ Nostræ simus quodammodo proditores, nulli neque operæ neque industriæ parcendum statuimus, neque labori, quo sacrosancta sacerdotij jura ab Ecclesiæ auctore Christo Jesu Domino Nostro, fidei, et tutelæ Nostræ commissa, sarta tecta serventur.

Quæ emendari Pontifex cupit, ea designata fuisse in notula Apostolico nuncio tradita, patet.

§. 6. Verum audi, carissime in Christo Fili Noster, disciplinam Patris tui, et ne dimittas legem Matris tuæ, Romanæ nimirum Ecclesiæ, ut addatur gratia capiti tuo. Novimus te a pueritia tua Christianæ vitæ, quam ætate corroborata sequare, firmissima fundamenta jecisse: tuumque te cogitatum habere in præceptis Dei, et in mandatis illius esse maxime assiduum. Quamobrem paterno animo, et quo Majestatem tuam amore summo complectimur, sedulo te in Domino admonemus, ut cogites in extremo Universi generis humani Judicio, Denm, vel ipsas justitias judicaturum, et multas, quæ justæ hominibus vitæ fuerint, tamquam non suas repudiaturum. Noli igitur, carissime in Christo Fili Noster, facile tibi assentari, et existimare isthic hactenus gestum esse nihil, quo Romana Ecclesia se læsam, fuisse, jure conqueri possit. Sapientis est hominis, Deumque timentis, præsertim ubi de Ecclesiæ juribus agatur, via minime dubia incedere, nec potentæ suæ paullulum augeudæ gratia, amittendæ animæ, eternæque salutis vel levissimum adire periculum. Itaque

Paterna charitate hortatur, ut a Religionis semita minime deflectat, et majorum suorum sequatur exempla.

ne in discrimen futuræ vitæ tuæ felicitas adducatur, vide ne quid unquam designetur in Regnis tuis, ab eo, quem Romanæ Ecclesiæ Matri tuæ debes, amore sejunctum. Interea Deum enixe precabimur, ut cum ætate tua Christianis nixæ virtutibus præclaræ animi tui dotes; et quæ Principem populis regendis præpositum maxime decent, divina aspirante gratia adolescant; Tuæque denique Majestati omnium bonorum auspiciem Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die XIV. Septem. MDCCLXII. Pontificatus nostri anno quinto.

CCCX.

Dat. die 14 Septembris 1763
Ann. V.

Catanensem Antistitem dolentem de atrocibus injuriis ejus Ecclesiæ illatis a potestate Laica consolatur, auxiliumque promittit, eundemque de Episcopatu abdicando cogitantem, a tali consilio retrahit.

Venerabili Fratri
Salvatori Episcopo Catanensi

Clemens Papa XII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Ad suas res pervenisse Pontifex exprimit; quæ a laica potestate in Religionis contemptum perturbantur.

§. 1. **D**iu est cum ex plurimum Episcoporum querelis, et Nostra etiam ipsorum experientia animadvertimus, sacros Ministros ab hominibus sæculi, quasi constata quadam conspiratione vexari; Ecclesiasticam potestatem contemptui haberi; Ecclesiis lites intendi, quo sacrorum vectigalium subsidio destituantur; earumque causas in iudicium deductas, subdolis artibus protrahi; callidis calumniis ampliacionibus, atque id genus injuriis jactari æquitatem, ut Episcopi animo denique concidant, et a suo jure diutius defendendo deterreant. Quanta vero vis ejusmodi injuriarum in utraque Sicilia ad hanc usque diem sese adversus Ecclesiam effuderit, Fraternitatem tuam, non modo assiduas Episcoporum audiendo quærimonias, sed etiam experiundo sensisse ex tuis ipsis literis intelleximus; quæ plura sane inaudita, planeque aspera Nobis attulerunt.

Peculiares arumnas Catanensi Ecclesiæ obventas dinumerat.

§. 2. Catanensi Ecclesiæ, vacante Sede, cum non esset Episcopus qui eam defenderet, magnam a laica potestate vectigalium partem creptam, et Regio-

patrimonio attributam; Urbem Calascibettam a Catanensi Diœcesi violenter avulsam; ejus gubernationem a seculari potestate Judici Monarchiæ traditam; hunc non aliter, quam omnes Episcopi confessionibus audiendis Sacerdotes præficere, quos propterea ab eo, qui omni caret potestate, huic Sacramento adhibitos in penitentia administrando Sacramento, quidquid agant, certum est nihil agere: inde animabus Fidelium gravissimum detrimentum afferri: eorum idcirco plerosque solum vertisse, et alio se contulisse, ut legitimos sibi Pastores quererent. Alterius itidem Ecclesiæ possessione Episcopum exturbatum: illius curæ, divinique cultus omnis administrationi laicam potestatem fuisse præpositam. Quæ quidem mala, pluraque alia, quæ Fraternitas tua Nobis recensuit, acerrime Nostrum animum pupugerunt: quibus si ipsi Nos remedium moliremur afferre, vel inanem operam sumeremus, vel eadem mala fortasse fierent asperiora.

§. 3. Cum igitur tantas, tamque multas injurias in manu Nostra non sit propulsare, quam opem laboranti Ecclesiæ ipsi ferre non possumus, eam petimus a carissimo in Christo Filio Nostro Ferdinando utriusque Siciliæ Rege, apud quem tam multas, tamque graves Ecclesiarum, sacrorumque Pastorum vexationes per Nostras literas deplorando conquesti sumus, et in carissimis itidem in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici conspectu tantam in res Ecclesiasticas immutationem, seu verius perturbationem a potestate laica invectam posuimus, ejus etiam auxilium flagitantes; qui nisi eorumdem Pastorum vicem aliquando miseratus sua illos ope adjuvet, vix sperare licet, humano unquam auxilio ex tantis Ecclesiam emersuram malis. Sed quem ex hoc rerum statu dolorem capimus, spe quædam valde lenire Nobis videtur, quam in religiosissimorum Regum pietate posuimus; qui ubi tantam Ecclesiarum calamitatem certo cognoverint, eam profecto statuent ab iisdem Ecclesiis, quam maturime depellendam.

Ad quas perniciosas avertendas novationes Catholicæ Regi, alterique utriusque Siciliæ suis detulisse hortationes significat.

§. 4. Tu vero, Ven. Frater, tuum obfirmato animo propositum tene; et in tuenda Ecclesiæ tuæ dignitate, ejusque juribus conservandis nullis neque animi, neque corporis laboribus defatigare; et quod monet Sapiens = usque ad mortem certa justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos = Hanc a te animi fortitudinem, et tuus

Catanensem Antistitem consolatur, eumque ab abdicacionis Episcopatus proposito submovet.

in istam Ecclesiam amor, et tua fides, et tua existimatio, et dignitas postulat. Sed te ardentem, et erectum ad eam strenue defendendam ex tuis ipsis literis recognovimus, qui nullum proferis periculum recusare, ut ab Ecclesia tua illata, depellantur injuriæ. Quod autem scribis, te ætate florentem, et ob delatam Episcopalem dignitatem nimis forte exultantem, improvide aut non satis considerate, sacrum Ministerium suscepisse, eoque te referre isthæc mala, quæ per hos annos in tuam irruerunt Ecclesiam, noli quærere, quam te ob tantam tui humilitatem diligimus, quam carum habemus, quanta Fratritatem tuam charitate complectimur. Sed cogitate ex istis angoribus, quibus te conflictari doles, illud proficisci bonum = *quod in ipsa adversitatis tentatione*, (ut Gregorii Magni verbis utamur) *satis intelligis, quam frustra prius de te magna elatus aestimabas*. Interea fortem animum præsta; et licet multa adversa tuis propositis, sanctisque desideriis obsistant, in omni dimicatione, quam te subire oporteat, illa te volumus suavissima spe muniri in Dei promissis posita, qui declaravit = *Quoniam in me speravit liberabo eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum* = Illud Apostoli non ignorat Fratritas tua = *Ipsi scitis Fratres in troitum nostrum ad Vos, quia non inanis fuit, sed passi multa, fiduciam habuimus in Deo* = Ut igitur inanis non fuit Pauli ad Thessalonicenses ingressus, quod pertulisset injurias, sic erit in istis tribulationibus spirituum plena meritorum tua in Episcopatu permansio. Id sperare Nos jubet Omnipotens Deus, qui per has molestias tibi tui dedit cognoscendi copiam tantoque animum tuum Episcopali robore circumsepsit. Tibi denique dum pollicemur Ecclesiæ tuæ jura strenue asserenti, omni Nos effuturos officio, Fratritati tuæ Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv. Septembris MDCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXI.

Dat. die 18 Septembris 1751. Ann. V.

Badensem Marchionem hortatur, ut serio cogitet de Catholica, servanda Religione in sua ditione, dum post ejus mortem Marchionatus ad aliam deferretur lineam A catholicam.

Dilecto Filio Nobili Viro Augusto
Marchioni Badensi

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nobilis Vir salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **D**e Canonfcatu, quem pro dilecto Filio de Harrand a Nobis petit Nobilitas tua, ubi quis in aliqua Collegiata, vel Moguntia, vel in Augusta Diœcesi vacuus factus fuerit locus, id confestim a te per eum, qui Romæ tua gerit negotia, vel per alium quemvis, monitos Nos esse oportet, eam oblatam Nobis occasionem, qua Nostram tibi præstare possimus voluntatem. Illud autem sibi persuadeat Nobilitas tua, non ea tantum in re, sed in omnibus, quæ vel ad tuam dignitatem, vel commoda pertineant, non plus voluntatis ad te, quam ad Nos ipsos, ubi voluntati tuæ a Nobis satisfactum fuerit, perventurum.

Suum desiderium gratificandi Marchionem exprimit, ubi se præhat occasio.

§. 2. Quæ vero tristissima in Nostris versatur animo dies, noctesque cogitatio, nunc inter scribendum acrior Nobis occurrit, de clarissima, amplissimaque Nobilitatis tuæ Familia, quam cum mascula ipse careas prole, suo tempore, quod quidem a Deo petimus, tardissime ut eveniat, aliquando oportet extingui. Quæ cum defecerit, et quas urbes, oppidâ, ceteraque loca in tua tenes potestate, et ditione, sub imperium ditionemque ceciderint alterius de Gente tua Familia, quæ a Catholica Ecclesiæ fide disjuncta est, videt Nobilitas tua, quantum in periculum veniat Sacrosancta Nostra Religio, quæ nunc summo Dei beneficio ubique locorum in Marchionatu tuo a multo tempore colitur. Est autem tuæ non modo pietatis, sed etiam illius officii, quod tibi detulit Deus regendi populi tui, eam cogitationem suscipere, qua hominum, qui tibi subjecti sunt æternæ saluti provideas, et Catholicam prohibeas religionem a tanto tamque imminenti periculo.

Futura exponit pericula obventura Religionis, quoties et Masculina sobolis defectu Badensis ditione ad aliam lineam A catholicam deferatur.

Consilia præbet, et futura præmittit pro conservanda Catholica Religione in Budensi Ditione.

§. 3. Quod si tua Nobilitas a Nobis quærat, quonam tandem consilio existimemus te id posse consequi, nihil Nobis ad hanc rem videtur esse commodius, quam ut Nobilitas tua, et dilecta in Christo Filia Nobilis Mulier Elisabetha, communi voluntate, de omnibus Familiæ vestræ Allodialibus, ut vocant, bonis, ita statuatis, ut maximorum omnium bonorum longe pretiosissima fiant, si eorum pretio Catholica Religio integra apud Vos, et incolamâ conservetur. Sed hæc satis est, breviter attingisse, quæ eidem dilectæ Filiæ Elisabethæ literis ad eam datis, et quæ cum his isthuc afferentur, sic leviter tetigisse: quod tamen consilium Nostrum parati sumus peculiariter signateque exponere, omnemque rem ulterius pertractare; si ubi illud diligenter expendis, probari a te per litteras Nobis significaveris. Illud autem a Nobilitate tua potissimum considerari volumus, et optamus, quanta futura sit felicitas tua, tibi, si Nostro pareas consilio, hæredem esse ipsum Dominum Jesum Christum, cui bonorum tuorum pretio quotquot animæ in tua sunt Ditione, quotque erunt in posterum, eas incolumes præstes: contra vero quo in periculo versere, ei, qui a Deo Patre constitutus est Judex vivorum, et mortuorum, redditurus rationem eorum omnium, qui æternam salutem amisissent, quod tam facile, tam salutare, tam in manu tua positum consilium neglexeris. Nos profecto, singulariter Nobis dilectæ Filiæ Nobilis vir, non modo consilio, sed etiam re, et opera, omnique studio, et contentione, in hoc gravissimo, non tam tuo, quam Catholicæ Ecclesiæ negotio Nobilitatem tuam adjuvabimus, cui benevolentia erga te sane præcipuè testem Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii, Septembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXII.

Dat. die 26. Septemb. 1762. Anno V.

Novæ Ordinationes pro Gubernio, et directione Dõmus correctionis, et penitentia in Civitate Corneti, quæ regimini subicitur Episcopi Montis Falsci, et Corneti.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. In tanta profecto vitiorum corruptela humana infirmitas versatur, ut vel ipsos Ecclesiæ Ministros sæpius in gravissima crimina prolapsos spectare sine summo mœrore, et lacrymis haud possimus. Quapropter Nostra Pastoralis cura, et vigilantia, spiritu Sacrosanctæ Ecclesiæ disciplinæ permota, et valide interposita, non solum, quominus scelera patrentur, verum etiam, ut patris opportuna remedia adhibeantur; ea sollicitudine Nos modo afficit, ut illa disponere, ac providere intendamus, quæ noxiis hominibus, dum meritas pœnas luunt in corpore, conferre possint ad veniam a Deo impetrandam, et ad insumendum tempus a Divina Misericordia illis adhuc elargitum, in iis operibus, quibus æternæ Justitiæ satisfacere aliquatenus possint.

Exordium

§. 2. Alias siquidem a fel. rec. Urbano PP. prædecessore Nostrò ad coercendam improbitatem, et ad prospiciendum saluti eorum, qui in gravia scelera incidissent oblii vocationis suæ, qua vocati fuerunt ad Ministerium Christi, mysteriorumque Dei dispensationem, constructa fuit Corneti penitentia domus, cujus Protectio penes Cardinalem Romani Pontificis in Urbe, ejusque districtu Vicarium in Spiritualibus Generalem hactenus fuit: Præfecturam autem, regimen, et administrationem Decanus Clericorum Cameræ Apostolicæ Præsidentium gessit: quam quidem institutionem, peculiareque leges penitentibus præscriptas, si illæ ad nostra usque tempora servatæ fuissent, tam multæ, tamque magnæ utilitates essent subsequutæ, ut decori Ecclesiastici Ordinis plene, cumulateque prospectum esse videtur.

Urbanus VIII. domum correctionis Corneti ad coercendos Ecclesiasticos tam seculares quam Regulares construere fecit, et Cardinalis Vicarius in Urbe Protectioni supposit.

§. 3. Sed Protectore, atque Præfecto perpetuo inde absentibus, qui plurimis alias, gravissimisque curis distenti erant, id denique damni acci-

Invenia Ministrorum factum est, ut non ea haberentur a corrigendis respi-

scriptis signa-
que profuta-
ram eis corre-
ctionem osten-
derent.

dit, ut improbi, sotesque homines, qui Divinæ humanæque justitiæ, assidue pœnitentiæ exercitatione, satisfacturi eo conjiciebantur, non modo nulla darent indicia resipiscentiæ, sed obfirmationes etiam in animi pravitate persistere, novisque sese flagitiis implicarent. Quod, cum, incredibili dolore Nostro intellexissemus, præscriptis continuo opportunis regulis, ei malo occurrere non pretermisimus. At, quum hæc item incuria Ministrorum, aut intercidisse omnino, aut quandoque intermissa paulatim in desuetudinem abire cœpisse compererimus, in eam venimus cogitationem, ut domus illius curam, immediatamque regimen ei, qui præsens adesset, quique eandem per se ipsum regere, atque moderari posset, committendum arbitraremur. Quo in consilio eo magis confirmati sumus, quo diligentius, penitusque, cum Aprili hujusce anni mense, Centumcellis commoraremur, quam periculoso statu res esset, cognovimus.

Regimen do-
mus correctionis
Episcopo
Montis Falisci
et Corneti tri-
buitur.

§. 4. Itaque Motu proprio, et ex certa scientia, locum illum pœnitentiæ, et correctionis domum deinceps ab omnibus appellandum, reprimentæ flagitiosorum Ecclesiasticorum, sive Sæcularium, sive Regularium licentiæ destinatum, semperque, ut antehac fuit, sub protectione dilecti filii Nostri S.R.E. Cardinalis in iisdem Urbe, et districtu, moderni, et pro tempore existentis Vicarii in Spiritualibus Generalis mansurum, in perpétuum, immediato universoque regimini, directionique Venerabilis Fratris Nostri, et pro tempore existentis Episcopi Montisfalisci, et Corneti, ut infra, ex speciali delegatione Nostra subjicimus.

Quod sane
regimen do-
mum respicit,
et Ministros in
ea existentes.

§. 5. Etsi enim, quidquid ad reddituum exactiones, solutionesque pecuniæ hic Romæ faciendas, ad pœnitentes illuc transmittendos, num gratis, an soluta pecunia sint alendi, ad fidejussiones pro hujusmodi alimentis recipiendas, ad revisionem denique rationum, seu expensarum pertinet, id totum dilecto filio Decano Clericorum Camere Apostolicæ Presidentiam nunc, et pro tempore existenti attribuimus; regimen tamen integrum, plenamque curam et jurisdictionem domus et pœnitentium pro tempore in ea degentium, atque custodum, et ministrorum quorumcumque, ad Episcopum ipsum deinceps spectare constituimus, et declaramus.

Facultas eidem
Episcopo tri-
buitur regulas

§. 6. Quare jus eidem Episcopo erit, statuta, leges, et regulas, quas pro-

Bull. Rom. Tom. II.

spiciat necessarias, utilesque futuras, non modo de gubernatione domus, de custodum, ministrorumque muneribus, quorum custodum, ac ministrorum deputaciones, amotionesque ejusdem Episcopi voluntati arbitrioque relinquimus; verum etiam de temporis, seu horarum in oratione, laboreve manuum insumendarum distributione, deque aliis similibus rebus præscribere.

concedi cor-
rectionis do-
mus utiles.

§. 7. Immediatam denique loci ipsius curam, atque administrationem Episcopo attributam, adeo salutarem in Domino speramus fore, ut ad Episcopi ipsius prudens arbitrium, id etiam conferamus, ut iis pœnitentibus, quos, exacto pœnitentiæ tempore, dimitti contigerit, literas testimoniales de eorum resipiscentia, speque constantis emendationis concedere queat: quibus quidem literis illorum Episcopi, Superioresve intelligant, num liceat eos, nisi irregularitas, aut canonicum ullum obstat impedimentum, exercitio suorum Ordinum restituere.

Itemque de-
cernendi testi-
moniales post
correctionis
tempus abso-
lutum.

§. 8. Præsentes vero litteras, et in eis contenta, semper et perpetuo efficaces existere et fore, suumque integrum effectum sortiri debere decernimus, non obstantibus, quibusvis contrariis, sique essent, Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis.

Derogatio cou-
trariorum.

§. 9. Volumus autem, ut ipsarum præsentium exemplaribus, etsi impressis, ab aliquo ex Notariis publicis subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio ex extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent ostensæ.

Fides habenda
exemplis
hujus Consti-
tutionis.

§. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ subjectionis, constitutionis, declarationis, decreti, et voluntatis infringere; vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Domini cæ MDCCLXII., vi Kalendas Octobris, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Sanctio poe-
nalis.

Dat. die 31 Sept.
1762. Ann. V.

CCCXIII.

Regimen, et gubernium Collegii Cantorum Cappellæ Pontificiæ statuitur, opportinæque hac de re ordinationes dantur, veteribus confirmatis, vel innovatis.

Collegium Cantorum Cappellæ Pontificiæ erectum fuit a Sixto V. Constit. edit. Anno 1586 Sept. 1 relata in Bullario Mainardii. Pontificii Sacelli Cantores triginta duos esse oportere statuit Urbanus VIII. per Literas in forma Brevis in eodem Bullario prætermittas. Ne extrahi possent libri Musicales ex Archivio Cappellæ Pontificiæ prohibuit Innocentius XI. Constit. Anni 1687 Oct. 15 quæ pariter legitur in Bullario Mainardii. Quoad Custodiam librorum Archivii Collegii Cantorum plurima statuit Alexander VIII. Constit. Anni 1690 Oct. 21 in predicto Bullario prætermittas. Collegii hujus statuta, et decreta partim antiqua, partim innovata, confirmavit Innocentius XII. Constit. Anni 1699 Julii 16 relata in Bullario supradicto.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad futurum rei memoriam.

Neccitas
restituendi ve-
teres Constitu-
tiones velusta-
te exoletas, et
in parte eas in-
novandi.

§. 1. Cum retinendi augendique decoris Domus Dei causa, nil sit a Romano Pontifice præmittendum, curandumque præterea diligenter sit, ut in locis sacris, præsertim iis, in quibus Ipse rei Divinæ dare operam consueverit, omnia concorditer, ordine, recteque fiant: Nos inter cætera considerantes, quantum etiam conferre ad id assequendum possint, quæ a prædecessoribus Nostris de regimine Collegii Cantorum Pontificii Nostri Sacelli constituta sunt, quæque propter vetustatem prope exolverunt; sic ea duximus restituenda, ut, habita conditionis, rerum, ac temporum ratione, sublatiisque dubiis, siquæ forte suborta essent, atque præscriptis finibus, quos prætergredi nemini deinceps liceat, usu demum, observantiaque firmitatem, stabilitatemque perpetuam habitura esse videantur.

Nonnulla du-
bia promota
quoad jurisdic-
tionem Car-

§. 2. Itaque, cum ob decretum anno MDCCXLVIII. a Dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali ejusdem Pon-

tificii Sacelli Nostri Cantorum moderno Protectore Alexandro Albano editum, commota dissensio fuerit, multis eorundem Cantorum onus sibi insuetum, satisque grave impositum esse; querentibus, propterea quod præceptum eodem decreto fuisset, ut Cantores supra numerum in id Collegium cooptati, antequam in numerum adascantur, sintque participes stipendii, solitorumque emolumentorum, examen rursus subire debeant; cumque Cardinalis ipse Protector ad Nos provocaverit, datoque supplici libello petierit, ut Congregationem particularem aliquot S. R. E. Cardinalium indiceremus, quæ, nulla iudicii forma servata, de ea re universa cognosceret, declararetque, quam late Cardinalis Protectoris pro tempore existentis in idem Collegium potestas, et jurisdictio pateat, quantumque roboris, et auctoritatis decretis iis inesse arbitretur, quæ lata non modo sunt, sed et quæ in posterum a Cardinali ipso Protectore proferri poterunt: Nos hisce postulatis precibusque permoti, per dilectum Filium Auditorem Nostrum die xxiv. mensis Maii Anni superioris, hoc modo rescribi jussimus: Sanctissimus remisit preces ad Eminentissimos Dominos Cardinales Merlinum, Castellium, et Marcum Antonium Columna, ut expensis, libratique juribus a partibus deducendis, nulla servata forma judiciaria, ac omni ommissa citatione, quid sentiant secundum Constitutiones Apostolicas, jurisque dispositionem Santitati Sux referant: ei Rescripto tres ipsi Dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales Merlinus, Castellius, et Marcus Antonius Columna ultro obsequuti, cum partis utriusque iura, voce sibi pluries, scriptoque proposita studiose considerassent, Nobis, quæ concors ipsorum fuisset, unanimisque sententia, quidque statuto esse opus censuissent, exposuerunt.

§. 3. Quam quidem trium eorundem S. R. E. Cardinalium a Nobis, ut præfertur deputatorum sententiam, cum Nos ipsi serio, accurateque perpendissemus, sublaturum deinceps conquestiones, atque dissidia, quæ præmissorum occasione oriri eodem in Collegio fortasse possent, certam quamdam rationem, formamque præscribendam iudicavimus, qua feliciter illud regatur, atque ex iis in posterum viris componatur, et coalescat, qui ob Musicæ artis peritiam, suavitatemque vocis, majore in celebritate versentur. Igitur Motu proprio, ex certa scientia, et matu-

Peculiaris
Congregatio
ad dubia ea
exploranda
depolata, suum
Pontifici scilicet
aperuit.

ra deliberatione, omnes ac singulas Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, et Ordinationes, sive obsignatas plumbo, sive in forma Brevis, sive quocumque tandem modo de regimine, gubernatione, et directione Collegii ejusdem Cantorum editas, quin etiam Collegii ipsius statuta, regulas, usus, consuetudines, stilos denique laudabiles, probatos, quique nunc vigeant, modo præsentibus Nostris Literis non adversentur, Apostolica auctoritate expresse, ac specialiter confirmantes, et adprobantes, iisque firmitatis Nostræ Apostolicæ robur adjicientes, infrascripta statuimus, decernimus, sancimus, et declaramus.

Cardinalis Protector fungitur auctoritate cogendi ad observantiam Pontificiarum ordinationum.

§. 4. Cardinalem Protectorem, uti talem, atque uti defensorem, conservatoremque Collegii, ejusque legum, obtinere auctoritatem cogendi extrajudicialiter tantum ad observantiam, ordinationum Pontificiarum, statutorum, usuum, legitimaramque consuetudinum, non solum Collegium ipsam, sed personas etiam Cantorum, quoties idem Collegium negligat in Cantores animadvertere; quos in munere fungendo minus esse diligentes, aut contra disciplinam, usus, mores, quos servitium Sacelli Pontificii requirat, quovis modo peccasse compererit. Rursum Cardinali eidem Protectori jus esse, ita sua illa auctoritate uti, ut pecunia eos, qui suo muneri desint, multare, aliisque ad correctionem illatis pænis, continere in officio possit. Neque vero id solum, sed etiam providere, si qua minus congrue, minusque consulte acta, disposita, statuta a Collegio fuerint eo in genere, cui provisum statutis, ordinationibusque Pontificum nondum fuerit.

Certior fieri debet de futuris Collegii de liberationibus.

§. 5. Certiorem præterea Cardinalem Protectorem fieri oportere eorum, de quibus in Collegio deliberandum, agendum, statuendumque est, ut ejus ope, et consilio, etiam in casu electionis Magistri Cappellæ, aliorumque Officialium, cooptationeque novorum Cantorum in idem Collegium, omnia consultius peragantur.

Penes Collegium jus est proprii regiminis, nec nova condendi Statuta.

§. 6. Jam vero pro felici Collegii Cantorum regimine, et gubernatione, ad idem Collegium jus privative pertinere condendi nova statuta, decreta, ordinationes, quæ tamen executionem consequi minime poterunt, nisi ante a Nobis, successoribus Nostris, vel a Cardinali Protectore fuerint adprobata. Quare immediatam, ordinariamque Collegii administrationem, privative ad

idem Collegium pertinere, adeo ut ei potestas insit gubernandi sui, dummodo nequid statuat, agat, deliberet, quod ab Apostolicis Constitutionibus permissum ejus judicio, arbitrio non fuerit; quodve repugnet, imo vero quod non sit probatis suis regulis, statutis, consuetudinibus, laudabilibusque usibus consentaneum: In rebus autem novis, aut implicatis, ac dubiis, quæ legis cujuspiam explicandæ, interpretandæ gratia suscipiantur, si magni præcipue momenti sint, Cardinalis Protectoris consilium omnino petat Collegium, ac illud exequi curet. Alias si Cardinalis Protector res minus consulte, minusque recte a Collegio iis in casibus actas, constitutasque esse judicaverit, inhibere poterit earum executionem, quod a Nobis, aut a Romano Pontifice pro tempore existente quid facto sit opus cognoverit.

§. 7. Cooptandorum autem Cantorum in Collegium, post prævium examen, coram Collegio ipso instituendum, jus ad idem Collegium pertinere. Examen vero nisi per concursum fieri in posterum non posse, quem quidem concursum hac deinceps forma esse instituendum, Nostra hac ordinatione præcipimus. Ante menses omnino tres quam dies habendo examini constituatur, et ferendum publice, idque scripto enunciandum esse, quæ sit pars, seu quod sit munus, seu officium in Collegio Cantorum vacans, ne cui eorum, qui apti ad idem implendum sint, aditus ad concurrendum interclusus esse videatur; rursum triduo antequam examen instituatur, Collegis omnibus, ne Jubilatis quidem exceptis, quod idem sit munus vacans esse significandum, atque indicandum diem examini habendo dictum: cui quidem examini, ad quod nullus admitatur, nisi sua Magistro Cappellæ exhibuerit requisita, interesse debeant, e tribus partibus Collegiarum, omnino duæ, ut ne sit invalida, atque inanis electio: concurrentium autem, qui post examen in scrutinio, quod secreto fieri volumus, plura inter cæteros supra medietatem suffragia sortitus sit, electum censi, electionisque suæ scripto a Cardinali Protectore certiorem fieri oportere. Cæterum sciant suffragantes districtam rationem Deo esse reddituros, si meliorem, atque aptiorem suo muneri fungendo non elegerint.

Statuitur, Collegio jus pertinere cooptandi novos Cantores, et regulis præstantur pro examine explendo.

§. 8. Eligendi præterea Magistri Cappellæ, aliorumque Officialium, Collegio eidem jus esse: sed triduo ante

Eodem Collegio jus est eligendi Magistrum Cappellæ.

aliosque
sciales, ser-
is regulis str-
er Collegii
us convo-
dione.

intimandus in scriptis erit, facta etiam vacantis muneris mentione, Collegiis omnibus, ne demptis quidem Jubilatis, præstitutus ei electioni dies. Electum autem fore, qui cum nominatus fuerit, uti fieri consuevit, unum saltem supra medietatem, in scrutinio secreto habendo, suffragium obtinuerit. Quod si ad unum, idemque officium, tres proponi contigerit, et nemo eorum suffragium ullum supra medietatem reportaverit, electusque proinde non fuerit, tunc ejus rei a Collegio per Cardinalem Protectorem, Nos, vel Romanum Pontificem pro tempore existentem, ut quid sit agendum intelligatur, certiorum esse faciendum. Congregationes autem Collegii, quoties de cooptandis Cantoribus, deque Officialibus deligendis agitur, in Palatio Apostolico, ubi Cantores ipsi cogi solent, esse omnino habendas: nam si de aliis agatur rebus, Cardinali Protectori, aliquoties legitimam ob eausam, in propriis Aedibus eorum se congregare Collegium licere.

Pariterque
indicandi cor-
rectionales
pœnas, et
multas.

§. 9. Inesse quoque Collegio culpæ causa, si quam admisierint, juxta atque statuta, consuetudinesque postulant, in casibus etiam non expressis, multandorum Cantorum potestatem, idque tum pecuniariis, tum aliis, quæ correctioni conducant, pœnis; quæ quidem pœnæ, nisi in casu manifesti gravaminis revocari, aut condonari, remittive a Cardinali Protectore, sine Collegii consensu non poterunt.

Peccantes
ordinationes
quoad licentias
absentias clar-
gendas.

§. 10. Competere etiam eidem Collegio auctoritatem permittendi, concedendique Cantoribus, probante Cardinali Protectore, ut sese eximere a servitiis Cappellæ, si velint, possint, qui certe Cardinalis Protector, nisi gravis impediatur causa, suam denegare nec debet, nec poterit adprobationem. Quod si tam gravis necessitas urgeat, ut commode Cantor petere ab universo Collegio facultatem sese eximendi non queat, tunc peti eam a Magistro Cappellæ, vel a punctatore, vel a Cardinali Protectore posse, juxta seriem, ac formam expressam in Statutis Collegii Cap. XLII. a fel. rec. Innocentio Papa XII. prædecessore Nostro confirmatis; modo non agatur de facultate, qua Cantor abesse ab Urbe liceat, quæ sane facultas, excepto casu convalescentiæ, aut gravissimæ alterius cujusquam, urgentissimæque causæ, nisi solum a Collegio, cum adprobatione tamen Cardinalis Protectoris, concedi non poterit.

Prohibetur
augmentum
et variatio nu-

§. 11. Atque hæc quidem sunt, quorum dijudicandorum, agendorum, sta-

tuendorumque potestatem Cardinali Protectori, Collegioque Cantorum respective inesse judicavimus. Declaramus autem neutri horum fas esse quocumque prætextu, etiam nomine supranumerariorum, Cantorum numerum augere, aut variare partes musicas, Cantorumque salaria, et emolumenta, aut hæc sua voluntate, arbitrioque; quæ quidem Cantoribus integra, secundum eorum ad id munus antiquiorem electionem assignanda erunt. Quin etiam neutrum eorum jus esse Cantorum aliquem, etiam si supra numerum sit, e Collegio expellere, sed in casibus particularibus a Cardinali Protectore, Nostrum, vel pro tempore existentis Romani Pontificis oraculum esse exquirendum.

§. 12. Carere præterea Cardinalem Protectorem, atque Collegium immutandorum, aut abrogandorum fundamentalium statutorum, legumque ejusdem Collegii potestate, præsertim si statuta illa, legesve latæ, vel adprobatæ a Romanis Pontificibus fuerint: cujusmodi sunt illæ, quibus Cantorum numerus, methodus asservandi libros, paginasque ad Collegium pertinentes, præscribuntur, quarumque plenam observantiam, executionemque requirimus. Quare vigore præsentium specialiter, et expresse confirmamus Literas Apostolicas in forma Brevis fel. rec. Urbani Papæ VIII, quibus præcipitur, Pontificii Sacelli Cantores, non computatis tamen jubilatis, triginta duos esse oportere, sine eorum tamen præjudicio, qui nunc supra numerum in Collegium cooptati inveniuntur, de quibus paulo post dicemus; nec non literas in forma Brevis fel. rec. Alexandri VIII, quibus præscriptum est, ut libri, paginæque Collegii, tum quæ in Archivio, seu tabulario servantur, tum quæ Cantorum commode retineri solent, sub triplici diversa clavi, quarum una penes custodem, altera penes Magistrum Cappellæ, tertia penes punctatorem sit, diligenter custodiantur, juxta literarum earumdem seriem, ac tenorem. Quod autem ad alias leges, legitimasque consuetudines, quamvis auctoritate Pontificia non confirmatas attinet, declaramus eas Collegio immutare, aut variare minime licere, nisi accedente Cardinalis Protectoris consensu, et adprobatione.

§. 13. Cæterum judiciales provocaciones, seu recursus de rebus ad Collegium ipsum quoquo modo spectantibus, aut ab ejus regimine aliqua ratione pendentibus, ad Nos Successores-

meri Cantorum
eorumque sit-
pendiorum.

Negitæ Col-
legium neque
Cardinalis
Protector ea
possunt statu-
ta, et leges im-
mutare, que
fuerunt Ponti-
ficiali auctori-
te approbata.

Judiciales
provocaciones
Collegii ad
Pontificis Au-
ditorem dele-
renda; extra-
judiciales vero

singulorum ad
Præfectum Pa-
latii Apostolici

ve Nostros, per Dilectum Filium Auditor-
rem Nostrum, vel pro tempore existen-
tis Romani Pontificis fieri debere statui-
mus. Quod si de re privata, particu-
larique Cantorum agatur, firmam, sta-
bilemque manere volumus Præfecti Pa-
latii Nostri Apostolici tum civilem, tum
criminali, mixtamque jurisdictionem;
ita quidem ut in iis, quæ ad
Collegium quoquo modo pertinent, aut
Nostræ Cappellæ Pontificiæ subsunt,
nulla sit ei exercendæ jurisdictionis,
recipiendorumve extrajudicialium recur-
sum, seu provocationum potestas.

Peculiaris
providentia
circa novum
examen eorum
qui inter Su-
pranumeros
cooptati jam
fuerant.

§. 14. Extremum est, ut quæ No-
stra sit voluntas declarem, quodque
judicium de Cardinalis Protectoris de-
creto anno MDCCXLVIII edito, quo
præscribebatur, ut Cantores supranu-
merum, antequam participes fiant sala-
rii, reliquorumque emolumentorum,
novum examen subire debeant, non co-
ram pleno Collegio, sed eorum Magis-
tro Cappellæ, punctatore, Cantoribus
in Decreto enunciatum instituendum ita,
ut penes solum Cardinalem Protecto-
rem sit illius approbandi arbitrium.

Novo exami-
ni subjeian-
tur Cantores
illi qui in pri-
ma admissione
ab universo
Collegio non
fuerint exami-
nati.

§. 15. Itaque, etsi id decretum li-
teris Apostolicis in forma Brevis fel. rec.
Pauli V. prædecessoris Nostri datis die
viii. Februarii Anno MDCVII. componi
non posse contenderetur, quibus qui-
dem literis incipientibus: *Accepimus*
inter alia: expresse præscribebatur exa-
mea semel a Cantore, antequam id
muneris consequutus sit coram pleno
Collegio subeundum, adeo ut ab judi-
cio Collegii admissio Cantoris, exclu-
sioque dependeat: nihilominus animo
reputantes, ipsum Cardinalem Protecto-
rem, provido quidem consilio, alte-
rum hoc examen decrevisse, ut qui
supranumerum in Cantorum Collegium
cooptati sunt (si forte minus apti, vel
levissimo, privatoque examinae præmis-
so, eâ spa admissi fuerint, ut idonei
posthac evaderent) metu secundi exa-
minis, in quo expulsionis discrimen
subire cogerentur, diligentia, studio,
exercitatione aptiores ad munus obeun-
dam efficerentur, plurimum profutura
regimini Cappellæ Pontificiæ se-
cundum examen eorum Cantorum om-
niam judicamus, qui antequam supra-
numerum in Collegium admissi essent,
examen coram pleno Collegio non sub-
ierint; quamobrem harum serie præ-
cipimus, et mandamus, ut infra an-
num ii Cantores supranumerum, qui
dam cooptati in Collegium sunt, co-
ram pleno Collegio sese examini mi-
nime subjeerunt, a Cantoribus numera-

riis, comprehensis etiam Jubilatis,
modo, et forma supra expressis exa-
minentur, eos vero ab omni examine
liberamus, qui semel a Collegio ipso
examinati, atque adprobati rite fuerunt.

§. 15. Qui autem in hujusmodi ex-
perimento minus apti ad munus obeun-
dum depræhensi fuerint, ob vocem,
nimia dumtaxat cantus exercitatione,
attenuatam, ii quidem jus ad Cantoris
numerarii locum, cum vacaverit, ut
quisque eorum est cooptatione antiquior,
occupandum acquirunt: qui vero culpa
sua vitioque minus apti esse dignoscen-
tur, iis duorum annorum spatium de-
tur, ut sese studio, exercitationeque
ad examen tertio subeundum parent.
Quod quidem biennii intervallum adeo
iis prodesse volumus, ut si in tertio
examine, ipsos idoneos esse judicatum
fuerit, tunc ii et merito in munere sua-
gendo antiquitatis, et aliis prærogati-
vis, ac si in altero examine idonei, ap-
tique comparuissent, locum obtineant;
sed eos, quibus neque secundum con-
cessum experimentum suffragabitur; ab
exercitio muneris, præservatis tamen
prærogativis, honorificentis, eisque
emolumentis, quibus hactenus uti Can-
tores supranumerum gavisi sunt, in re-
liquis omnibus exclusos esse, et fore
mandamus.

Probandi
sunt in secun-
do examine
qui post pri-
mam admissio-
nem vocis de-
trimentum sicut
perpetui ex ni-
mia cantus
exercitatione.

§. 16. Decernentes quoque præsen-
tes Nostras literas, ac omnes et singu-
las ordinationes et declarationes in eis
contentas, etiam ex eo, quod quicum-
que in præmissis, vel eorum aliquo
quomodolibet interesse habentes, vel
habere prætendentes, ad hoc vocati,
seu quantum ipsis libuerit auditi non
fuerint, aut ex quibusvis aliis causis,
de subreptionis vel obreptionis, aut
nullitatis vitio seu intentionis Nostræ,
vel quovis alio defectu notari, vel im-
pugnari aut alias infringi, sed quo-
modolibet retractari, suspendi, interpre-
tari, declarari, vel eis, in aliquo de-
rogari nullatenus unquam posse, eas-
que omnino sub quibusvis contrariis
Constitutionibus generalibus, et specia-
libus minime compræhendi, sed sem-
per et perpetuo validas, firmas et effi-
caces esse et fore, suosque plenarios et
integros effectus sortiri et obtinere, ac
ab omnibus ad quos spectat, et specta-
bit quomodolibet in futurum, perpetuo
et inviolabiliter observari debere, et ita
per quoscumque Judices, et Tribunalia,
ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, et
eorum cuilibet quavis aliter judicandi
et interpretandi facultate, et autoritate
judicari et definiri debere, irritum quo-

Claustris sub-
blata, et decre-
tum irritans.

que et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de Jure quæsito non tollendo, ac etiam quatenus opus sit, aliis Apostolicis Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus, usibus, stylis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac quibusvis particularibus decretis, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis eidem Collegio ejusque Cantoribus per Romanos Pontifices prædecessores Nostros præfatos, præmissis Nostris dispositionibus et declarationibus, si qui essent, adversantibus: Quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus expressa et individua mentio habenda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserti forent pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis et perpetuæ observantiæ omnium et singulorum præmissorum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus; contrariis quibuscumque.

Fides exemplis præbenda, et eorum custodia habenda pene Collegium.

§. 18. Volumus autem, ut præsentibus Nostræ literæ, omniaque, et singula in eis contenta, iis quos concernunt innotescant, quod ipsarum exemplar in pleno Collegio dictorum Cantorum, ad hoc specialiter convocando, infra mensem a die datæ præsentium legi, et publicari debeat. Qua quidem peracta publicatione, illæ omnes perinde afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent. Ipsæ vero præsentibus, nec non, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, ab aliquo ex Notariis publicis subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum statutorum, decretorum, præceptorum, mandatorum, et derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII Pridie Kalendas Septembris Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXIV.

Dni. die 6. Oct. 1762. An. V.

Christianissimum Francorum Regem rogat ne in futuræ pacis componendis sanctionibus sinat Westphalicis Ecclesiis, et juribus earum Pastorum detrimentum afferri, in Achatolicorum comodum.

De rebus Westphalicarum Ecclesiarum habes hujus Pontificis Literas Francorum Regi directas, quas retulimus hujus Continuationis Tom. I. N. XIX. itemque hoc Tom. II. N. CCXIV. pag. 116. præter Epistolas alias de quibus mentio est in respectivis adnotationibus.

Carissime in Christo Filio Nostro
Ludovico Francorum Regi
Christianissimo

Clemens Papa XIII.

Carissim in Christo Fili Noster
salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Sub Nostri Pontificatus initium Regiæ Majestatis tuæ literis datis significavimus, quantus ad animum Nostrum perveniret dolor ex tota fere Germania teterrimo diuturnoque bello percussa, ac pene prostrata, in qua præsertim florentissimæ antea Provinciæ, quarum quædam Catholicorum Principum, quædam etiam Episcoporum parent imperio, populatæ, direptæ, et ferro, ignique fere funditus sunt eversæ. Cujus quidem doloris Nostri asperitatem aliqua ex parte spes illa Nobis mollire videbatur, futurum aliquando, ut Principes, qui sese adhuc mutuis claudibus contriverunt, cum bello tandem destitissent in proximo sanciendo fœdere de injuriis rei Catholicæ illatis ageretur, et de iis revellendis, cæterisque resarciendis damnis ex bono, et æquo pactiones fierent.

Præcedentes literas hæc ipsa de re Francorum Regi directas Pontifex commemorat.

§. 2. Verum spem hanc Nostram valde debilitant, qui ad Nos perferuntur tristissimi nuntii, ea contra Catholicam Religionem ab Heterodoxis Principibus fortasse iniri consilia, ut non tam belli mala dolere, quam ipsius belli debeamus exitum pertimescere. Quid enim Nostris Principibus gravius et Orthodoxæ Fidei periculosius, quam in paciscenda pace, qui sunt Catholico nomini infensi, et adversi, id eos pervincere, ut quibusdam Cathedralibus

A Catholicorum significat Principum molimina pro Ecclesiarum Germanicarum subversione.

Ecclesiis, quæ nunc suo Pastore carent, et omni defensore sunt destitutæ, temporalis Ditio et Principatus, cæteraque jura ejusmodi eripiantur, Heterodoxis Principibus tribuantur? Quam tu, carissime in Christo Fili Noster (pro certo habemus) nunquam feres indignitatem. Semper animo tuo defixa hærebunt tot clarissimorum piissimorumque Regum progenitorum tuorum domestica pietatis, et Religionis exempla; qui suo iu Sponsam Christi flagrantissimo studio, summaque voluntate se Ecclesiæ Primogenitos esse Filios comprobaverunt: quem tibi ut maximarum opum hæredi, sic eorum pietatis æmulo honorificentissimum titulum reliquerunt.

Quanto studio Germanicus Ecclesias defendere teatur Franco-rum Rex, qui Germanicorum fœderum arbiter reputatur.

§. 3. Ut igitur pietas in Deum tua, et Catholicæ Religionis amor, et cura eas opes, Deo tibi reddente vicēs tutabitur, ita eædem opes a Regia Majestate tua vicissim sunt adhibendæ ad eandem Religionem tuendam amplificandam, multoque magis, ubi ea viguit, ut viget, retinendam, conservandamque. Illud autem in hac causa Majestati tuæ maxime proprium, quod Ecclesiæ illæ, quæ vocantur in hoc periculum, te Germanicorum fœderum sequestrem, et arbitrum recognoscunt; te incolunitatis suæ sponsorem appellant; tuam fidem pro Ecclesiasticorum Principum securitate interpositam implorant. Itaque non tam pietatis est tuæ, quam existimationis, et gloriæ, carissime in Christo Fili Noster, Ecclesias illas præstare incolumes, et in suæ dignitatis, et amplitudinis possessione securas; de qua turpe esset ab Ecclesiæ Catholicæ hostibus, hoc est ab inimicis tuis deturbari, et dejici. Hæc non modo pro Apostolico tuendæ conservandæque Catholicæ Religionis a Christo Domino humilitati Nostræ demando munere, sed etiam pro Nostra erga Majestatem tuam benevolentia summa, et præcipua charitate, de gravissimo negotio, in quo de Sanctæ Matris tuæ amantissimæ honore, de nobilissimarum Ecclesiarum dignitate et fortunis, de suis etiam rebus, tuæque agitur gloria, te monere volumus; nec dubitamus, quin id strenue sis aggressurus, ut eorum molitiones frangas, qui Catholicæ Ecclesiæ, tuæque Majestati sunt infensissimi. Id futurum speramus, Deo consiliorum tuorum auctore, duce, et adjutore, qui sibi adversantium dissipat cogitationes populorum, et reprobatur consilia Principum. Deique Majestati tuæ, quam summa paterni animi Nostri charitate comple-

ctimur, Regiisque Literis tuis, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diocesis sub Annulo Piscatoris die vi Octobris MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXV.

Dat. die 7. Oct.
1762 Ann. V.

De eodem argumento agit cum Hispaniarum Catholico Rege

Vide adnotationem præcedentem, nec non literas, alias Catholico ipsi Regi directas, et a Nobis relatas hoc Tom. II. Num. CCXXXI. pag. 139.

Carissimo in Christo Filio Nostro Carlo Hispaniarum Regi Catholico

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Cum ad Nos undique allati sint nuncii, prope jam esse, ut hoc teterrimum bellum terra marique adhuc gestum, quod te etiam suscipere rationes tuæ compulerunt, tandem aliquando componatur, inclinantibus Principum animis ad pacem, atque concordiam; gravissima quædam Nobis est injecta suspicio, ne quid in novo sanciendo fœdere statuatur adversum rationibus quarundam Nobilissimarum in Germania Ecclesiarum, quæ nunc suis orbata Pastoribus, omni defensore carent, et ad omnem propemodum injuriam videntur objectæ. Itaque Nos, qui ex hac B. Petri Sede, in qua immerentes Dei Numine, et voluntate locati, tamquam ex alta specula, circumspicimus pericula, quæ rei Catholicæ impendent, Pastoralis Nostri muneris esse putavimus ad carissimos in Christo Filios Nostros in Catholica Ecclesia Reges confugere, et ab iis in earum Ecclesiarum ancipiti casu periclitanti Orthodoxæ fidei petere auxilium. Cumque in Christiana Republica, si quisquam alius ipse opibus emineas et potentia, animumque geras studiosum æquitatis, proximi cupidum, et flagrantissimo in Ecclesiam studio mirifice incensum, ut nullas tibi potiores habendas esse rationes arbitrere, quam, quod æquum justumque sit, vindicare, pericula salutis animarum depellere, et rem Catholicam strenue tueri.

Suspicionem suam potest facit ne in proximo inchoando pacis fœdere Germanicarum Ecclesiarum jurebus offensiones adferantur.

Catholici Regi-
gis auxilium
implorat ne
temporalis pel-
latur domina-
tione, suisque
juribus priven-
tur Germani-
cae Ecclesiae.

§. 2. His de causis magna fiducia Regiæ Majestatis tuæ prævalidum pro illis Ecclesiis imploramus auxilium; ne temporali pellantur dominatione, hisque juribus priventur, magno cum orthodoxæ fidei periculo. Satis enim intelligis pro summa sapientia tua, si ea dominatio, et principatus ad Heterodoxos Principes transferatur, quanto in aeternæ salutis discrimine, qui sub eorum Ditione vitam agerent, versarentur. Ne igitur patiatur Regia Majestas tua, tale quidpiam in paciscenda pace constitui, quo Ecclesiæ illæ, nullis Catholicis Principibus defensoribus, oppressæ videantur, Nosque de hominibus, qui in illis regionibus Catholicam Religionem colunt, perpetuo simus in metu, et acerba cura, et sollicitudine de aeternæ salutis eorum periculo assidue cogitemus. Id a te carissime in Christo Fili Noster majorem in modum petimus; quod egregiæ illæ Majestatis tuæ virtutes, quas supra memoravimus, sperare Nos jubent impetraturos. Deum impensissimis interea precibus flagitabimus, ut ea tuum in animum inijciat consilia, quibus pacem facias, quæ Catholicæ Ecclesiæ utilitatem, fideique orthodoxæ, ubicumque tua providentia opus erit, incolumitatem, regioque Nominis tuo immortalē afferat gloriam. Denique Majestati tuæ quam paterno animi Nostri affectu, et charitate complectimur, Regiisque Liberis tuis Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diocesis sub annulo Piscatoris die vii. Octobris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXVI.

Dat. die 9 Oct.
1762 Ann. V

Poloniæ Regi Illustri Germanicas comendat Ecclesias, neque patiat obsecrat, ut in futuro pacis federe eisdem inferatur injuria pro sarcendis acti belli infortuniis.

Jam prius Regi Polonorum comendaverat Pontifex hic Germanicas Ecclesias, per suas Literas a Nobis relatas hoc continuationis Tom. II. num. CCXV. pag. 117.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Augusto Poloniæ Regi
Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Ad cæteras sollicitudines, et angores, quos e Christianæ Reipublicæ calamitatibus, et propriis Regiæ Majestatis tuæ incommodis, capimus et aerumnis, gravissima nunc accessit molestia, quod Principum, qui in hoc perniciosissimo, diuturnoque bello inter se contulerunt arma, conversis animis ad pacis consilia, tristis quidam ad Nos pertulit rumor, Ecclesias aliquot Cathedrales, quæ in Germania suis nunc Pastoribus, et Defensoribus carent, in summo versari periculo, ne in proximo sanciendo federe, temporali sua spolientur dominatione, earumque ditiones alienis fortasse a Catholica Religione Principibus tribuantur. Quantum ex ea re sacrosancta fides nostra caperet detrimenti, quanta esset fidelium animarum pertimescenda perniciēs, ipsa videt Majestas tua, cui abunde satis exploratum est, et prospectum, Catholicis, qui sub Heterodoxis Principibus vitam agunt, vix licere aeternæ salutis tenere viam.

§. 2. Quamobrem non adhortandi tui causa (quis enim Majestate tua ad propugnandum Dei honorem, veramque fidem alacrior?) sed ut spem, quam Sancta hæc et Apostolica Sedes posuit, seu verius fiduciam, quam in tuo habet præsidio, declarem, his ad te literis egregiam tuam in Deum pietatem, et erga Catholicam fidem flagrantissimum studium imploramus, et petimus, ne tuas, aut cujusquam res unquam redimi patiari Divini honoris,

Periculum Catholicorum in Germania exprimit si casus contingat quod sub dominio seculari Principum A Catholicorum transeant Ecclesie nonnullæ, temporali potestate pollentes.

Poloniæ Regem hortatur ne pro religione sua patiat, Ecclesiarum juribus redimi infortunia perpeffa in acto postremo bello.

et Catholicæ Religionis dispendio. Quam si præstiteris animi firmitudinem atque constantiam, quod summa, et Ecclesiæ Universæ spectata pietas tua sperare Nos jubet = *Dominus addet omnia quæcumque fuerant, Majestatis tuæ duplicia* = et cælesti gratiæ suæ rore acres animi tui sollicitudines interea leniet, dum, quæ maxima fecisti damna, tibi sarciantur. Nos ipsum impensissimis precibus flagitabimus, ut in Regiæ Majestatis tuæ, cæterorumque Catholicorum Principum animos immitat ea consilia, quibus non sibi quisque suas in paciſcendo fœdere opes quærant, sed quibus omnes in medium consulant, et in commuam conspirent salutem, et Catholicæ Religionis incolumitatem. Denique Majestati tuæ, regiisque Liberis tuis, c penitissimis charitatis Nostræ visceribus depromptam Apostolicam benedictionem, amantissime impertimur. Datum in Arce Castrî Gandulphi Albanensis Diocesis sub annulo Piscatoris die IX: Octobris MDCCLXXII. Pontificatus Nostrî Anno Quinto.

CCCXVII.

Romanorum Imperatorem obsecrat, ne sinat Germanicas quamplures Ecclesias, quæ et spiritali, et temporali Episcoporum dominio subijciebantur, ad dominationem temporalem A Catholicorum Principum transire, in proxime inheundo pacis fœdere.

Præcedenti anno sub die 13. Maii, alias Romanorum Imperatori Literas dedit, quibus Germanicas Ecclesias commendabat. Eas perlegere præstat a Nobis jam datas hoc Tom. II. num. CCXVI. pag. 118.

Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Lotharingiæ et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens Papa XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Dum de proxima pace concilianda consilium daretur, dolet quod Germanicæ Ecclesiæ nonnullæ, ab Ecclesiastica dominatione

§. 1. **Q**uem ex hoc maximo, diuturnoque bello, quod in tota fere Germania versatum est, et versatur, acerbissimum dolorem cæpimus, multum lenirent nuntii, qui ad Nos undique afferuntur, agitari nunc de pace consi-

Bull. Rom. Tom. II.

lia, nisi magno essemus in metu, ne quid Catholicæ Religionis rationibus adversum, atque adeo ipso bello gravius in concilienda pace constitatur. Neque enim ignorat Majestas tua, qui Catholicæ nomini sunt infensi, nihil tantopere moliri, quam ut in Germania Catholicorum usque atterantur vires, minuaturque potentia; quod in paciſcenda Westphalica pace, magno cum fidei Catholicæ detrimento, sunt consequuti, et nunc id potissimum student, eoque, ut ad Nos perlatum est, animum intenderunt, ut Cathedralibus quibusdam Ecclesiis, quæ nunc suo Pastore carent, ademta temporali dominatione, atque ei tributa, cui tribui commodius visum fuerit, ita fœdus denique sanciat. Id si contigerit, ut ex ea dominatione evertantur Episcopi, et quod Deus prohibeat, in eam veniant viribus prævalidi Principes, qui a Catholica discrepant fide, quantum de tuis rebus, quantum de auctoritate tua detrahatur, et commodis, et quæ inde Catholicæ Religionis oritura sint mala, ipsa pro singulari sapientia sua videt Majestas tua, cui jam dudum sub Nostrî Pontificatus initium ea de re satis prolifas dedimus literas, quibus ea, quæ huc pertinent, fusius persequuti sumus, nec propterea eadem hic dicimus iteranda.

§. 2. Non est enim cur Majestatem tuam de eo doceamus, quod ipsa satis habet exploratum, et cognitum, et quanti sit ponderis, et momenti probe perspectum. Quod autem pro eo, quod profundo quodam consilio suo, divina providentia Nobis commisit gubernandæ Catholicæ Ecclesiæ officio, præmittere omnino non possumus, immo vero, quod ad has tibi dandas literas maxime Nos impulit, illud est, ut te jam pro tua in Deum pietate satis ardentem, et erectum ad ea, quæ tuæ fidei, et tutelæ sunt, propugnanda in Domino adhortemur, nimirum, Sanctam Catholicam Ecclesiam, cujus tu Romani caput Imperii a Deo constitutus, esse debes propugnator, et custos. Profecto, nec tibi vivida ingenii vis, nec consilium deest, neque solertia, auctoritate plurimum polles; summa tibi est et egregia voluntas; omnia denique tibi suppêtunt, quibus est opus, ut quæ modo suspicamur improba in Catholicam Ecclesiam suscipi consilia, virtute, et opera tua in nihilum recidant. Faxit Deus ut Majestatis tuæ erga Catholicam Religionem studia satis pronta, et parata, flagrantiora fiant in

qui subijciebantur, ad Catholicorum Principum dominium transferri velint.

Demonstratio ex hac variatione futuris Catholicis in Germania, Imperatorem obsecrat, ne tantam asserat injuriam rebus Ecclesiæ sinat in proximo fœdere.

dies, et ad tutandam Ecclesiam, ejus fidem conservandam incorruptam, et integram, et in istis Germaniæ regionibus verum Dei cultum vel retinendum, vel amplificandum cum tui Cæsarei nominis magna, nec interitura unquam gloria exardescant. Quod superest, Deum enixe precabimur, ut Majestati tuæ, tuoque Imperio, et Augustæ Familiæ tuæ secundissima, et prosperrima quæque semper eveniant, atque huic inprimis, quod tibi commendamus, negotio gravissimo, et maximo, is exitus, quem optamus, divina aspirante gratia contingat. Denique tibi, regisque Liberis tuis, paterna, præcipuaque charitate, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diocesis sub Annulo Piscatoris die ix. Octobris MDGCLXXII. Pontificatus Nostri anno quinto.

Del. die 9. Oct.
1762. Anno V.

CCCXVIII.

Germanicarum Ecclesiarum conservationem contra A catholicorum conatus Imperatrici Mariæ Theresiæ commendat, et futura mala Catholicis imminentiâ, si quid ipsarum Ecclesiarum juribus detrahatur.

Precedentes hujus Pontificis Literas Imperatrici Regiæ directas pro ipsis Germanicis Ecclesiis sub die XVII Maii MDGCLXI habes supra relatas hoc Tom. II sub Num. CCXVIII pag. 119.

Carissimæ in Christo Filiae Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Regiæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Regiæ Illustri in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantum præ bello deterior illa sit pax significat, qua vulnus infertur Ecclesiasticis juribus, et Christianorum bono.

§. 1. Quæ sit Nostri Pontificatus acerba conditio, sæpe pluribus in rebus asperis antea cognovimus, et nunc maxime experimur, cum unde magnam oporteret ad Nos pervenire lætitiâ, maximus inde Nobis oriatur, et gravissimus metus, et sollicita futuræ ægritudinis expectatio. Pace quidem nihil dulcius, nihil optabilius: sed ubi formidolosum hoc, quod adhuc geritur bellum aliquando extinctum fuerit, quis

futurus in aliquibus Germaniæ partibus Religionis Catholicæ status, pro Apostolici muneris Nostri ratione cogitantibus, ipsa pax, de qua nunc agi sædulo, omnes nuncii huc attulerunt, Nobis visa est ipso prope bello formidoliosior. Nam si ejusmodi accipiantur conditiones, quas fortasse ferent, ut rumor est, qui a Catholica fide dissecantur, vehementer vereamur, ne non piam habituri simus pacem, sed Ecclesiæ noxiam, et injuriosam.

§. 2. Quamobrem a Regia Majestate ta, opem, et auxilium petimus laboranti in Germania Catholicæ Religionis, cui per Westphalicam pacem iniusta olim mala, si nunquam sanari potuerunt, quin potius, ubi occasio ferat, refricari videmus, et ingravescere; id saltem præcavendum est sædulo, ne nunc in conficienda pace iniquæ pactioes fiant, quæ Sacrosanctæ Religionis Nostræ novam afferant calamitatem. Cum autem, quod Majestatis tuæ omnium maxime interest quidquid in novo faciendo fœdere actum pactumque fuerit, tuæ in eo sanciendo partes debeant esse præcipuæ, idcirco carissima in Christo Filia Nostra, tuam opem potissimum imploramus, pietatem tuam requirimus, Regiæque Majestatis tuæ ad omnes dimicationes, pro Christi nomine, et gloria promptum paratumque animum his Nostri litteris excitamus. Nec vero de hac re quanti ea momenti sit, et quam ad Catholicæ Religionis incolumitatem, ad Dei gloriam, et ad Majestatis etiam tuæ, tuorumque Regnorum securitatem pertineat, subtiliter disserendo te diutius detinebimus ipsa enim pro ingenii tui acumine, et tractandarum maximarum rerum usu prædita, satis intelligis, quid tuæ, tuarumque rerum intersit. Quapropter ut omnia in compendium conferamus, si Regia Majestas tua prudentiam suam, et sui suorumque amorem, et, quod caput est, pietatem suam excutiat, et Religionem, prefecto carissima in Christo Filia Nostra perspicias, in paciscenda pace quidquid rei Catholicæ peperis boni, id omne maxime tibi, tuisque rebus futurum emolumento, Deum interea rogabimus impensissimis precibus, ut immissa divinitus in te virtute sua, altitudinem animi tui; quod adhuc facere dignatus est, sustinere non desinat. Ejusque misericordiam primum confisi, tum spectata satis adhuc in omnibus rebus pietate tua freti, confidimus futurum, ut in Germania, quæ sunt Ecclesiæ aliquæ Pastoribus suis or-

Imperatrici Regiæ patrum pro periculis hisce Ecclesiis requirit, et futurum ab illis Religione expectat.

bata, ditiones suas, Principatus cæteraque hujusmodi jura, omnisque res Catholica Majestatis tuæ opera statum suum retineant; et in hac paciscenda pace appareat, sic existimare regiam Majestatem tuam præstare quidvis perferre, quam non Dei gloriam, ejusque veram, sanctamque Religionem omnibus viribus propugnare. Denique Majestati tuæ summæ erga te voluntatis, paternique animi Nostri pignus Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanen Diocesis etc. diæ ix. Octobris MDCCLXII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXIX.

Constitutiones pro Monasterio in Kesroano a Græco-Melchitis erecto sub regula S. Basilii, approbantur, et observari mandatur.

Litteræ Decretales Benedicti XIV diæ 24 Decemb. 1748 quibus erectum hoc Monasterium fuit prætermisæ fuere in Bullario Benedictino.

Clemens PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Injunctum Nobis divinitus Apostolicæ servitutis Officium, exigit, ut tam Monachorum, quam Monialium sub suavi Christi jugo, ac laudabili Monasticæ vitæ Instituto, vota sua Deo reddere, uberesque honorum operum fructus, aspirante superari favoris aura proferre jugiter satagentium, curam gerentes, ea, quæ ab ipsis ad exactiorem Regularis disciplinæ observantiam opportunis rationibus promovendam, provide, sapienterque constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper atque inviolata persistent, Apostolici munimis Nostri, cum id a Nobis petitur, præsidio, libenter constabilimus.

§. 2. Alias siquidem fel. rec. Benedictus XIV. Prædecessor Noster, Decretalem diæ xxiv Decemb. MDCCXLIII ad tunc existentem Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum, et omnes ejusdem ritus Catholicos Episcopos, eidem Patriarchæ subjectos datam, emisit, cujus initium est = *Demandatam* = in qua inter cætera præscriptum reperitur, ut Monasterium Monialium in Kesroano a Græco-Melchitis

erectum, et Moniales in ipso pro tempore degentes, sub Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis, et infrascriptæ Cardinalium Congregationis protectione recipere, illius vero, et illorum regimen spirituale, tum temporale, ad Monachos Congregationis Sancti Joannis de Soario spectaret, cum immediata subjectione pro tempore existenti Episcopo Ordinario, et mediata Patriarchæ Græco-Melchitarum Antiocheno: qui etiam immediatam super eo, et illis auctoritatem acquirere deberet, quotiescumque futuris temporibus non adesset Episcopus Orthodoxus illius Sedis, quatenus vero (quod Deus avertat) neuter esset Catholicus, per id tantum temporis, et donec alteruter Catholicus superveniret, prædictum Monasterium immediate subjaceret, Abbati Generali prædictæ Congregationis Sancti Joannis, tanquam Delegato dictæ Sedis, Confessarius vero ordinarius Monialium prædicti Monasterii esset Monachus professus ipsius Congregationis Sancti Joannis, quem scientiæ, pietatis, ac prudentiæ, et probitatis commendatione ab Abbate Generali prædicto delectum, et præsentatum Episcopus Diocesanus probasset: idemque statuitur de Confessario extraordinario, quem idem Abbas Generalis ter per annum, ad audiendas dictarum Monialium Sacramentales Confessiones valeret deputare, facta insuper dicto Episcopo potestate, quatenus id expedire putaret, alium quemcumque Sacerdotem Regularem etiam alterius Instituti, et ritus Latini, vel etiam Sæcularem ejusdem ritus, in Confessarium extraordinarium dictis Monialibus deputandi. Insuper in eadem Decretali statutum est, non aliam regulam a prædictis Monialibus servandam esse, quam genuinam illam Sancti Basilii, quam Monachis prædictæ Congregationis Sancti Joannis etiam tradendam, idem Benedictus prædecessor mandaverat; cui quidem regulæ si tam supradicti Monachi, quam modo enunciatæ Moniales aliquas peculiare Constitutiones addere vellent, quæ nec ejus regulæ observantiæ, neque Græcis ritibus adversarentur, ad infradicendam Congregationem prius cognoscendas, atque ab Apostolica Sede prædicta confirmandas, exhibere tenerentur, et alias prout in ipsa Decretali, cujus tenor præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius dicitur contineri.

§. 3. Cum autem sicut dilecti filii Jacobus Sagiati Abbas Generalis, nec

Moniales, peculiare con-
didere Consti-

Dat. diæ 5. Novembris 1762.
Ann. V.

Exordium

Benedictus XIV. hoc Monasterium a Græco Melchitis erectum sub S. Sedis protectione recepit, et Patriarchæ Græco-Melchitis jurisdictioni mediate subiecit.

Constitutiones Monastico eorum regimini accommodatas.

non Diffinitores Generales Græco-Melchitarum dictæ Congregationis Sancti Joannis Baptistæ in Soario, per dilectos itidem filios Joannem Naccas, et Thomam Corbagi Procuratores suos, hic in Alma Urbe Nostra, apud Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Domnica vulgo *la Novicella* nuncupatam commorantes, nomine dilectarum in Christo filiarum modernarum Abbatissæ, et Monialium supradicti Monasterii in Kesroano erecti, Nobis nuper exponi fecerunt Moniales prædictæ, regulam Sancti Basilij, juxta memorati Benedicti prædecessoris Decretalem, qua par est obedientia susceperint, ac super ipsam regulam peculiare Constitutiones Monastico earum Monasterii regimini accommodatas, ac peropportunas condere curaverint, ac propterea, quo firmiter subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri summopere desiderent.

Pontifex Constitutiones Monialibus conditas et a S. Congregatione Propagandæ Fidei approbatas, confirmat.

§. 4. Nos piis eorundem exponentium, votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ac exponentium prædictorum, nec non dictarum Abbatissæ, et Monialium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, qui jussu Nostro ipsas Constitutiones primum quidem bene fortunato, dum vixit S. R. E. prædictæ Cardinali Tamburino nuncupato, deinde sequuto ipsius Fortunati Cardinalis obitu, dilecto filio Nostro Laurentio ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Ganganelli nuncupato, examinandas, ac perpendendas commendarunt, ac relationem ipsius Laurentii Cardinalis, eidem Cardinalium Congregationi factam attenderunt, consilio, supradictas Constitutiones, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis rebur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, etiam substantiales, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 5. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas validas, et

efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv Novembris MDCCLXII, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

CCCXX.

Die die 15. Novembris 1763. Ann. V.

Decretum S. Congregationis Episcoporum, et Regularium, circa transitum, et adscriptionem Fratrum Ordinis Sancti Francisci Discalceatorum Provinciæ S. Gregorii Philippinarum in Provincias alteras, confirmatur, et observari mandatur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Francisci Mignez Fratris expresse professi, ac Proministri, et Procuratoris Provinciæ S. Gregorii Insularum Philippinarum Ordinis S. Francisci Discalceatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præpositorum exposito, quod licet in diversis Ordinis præfati Capitulis Generalibus, et signanter in Vallisoletano 1593, et Romano 1600 respective annis habitis, decretum fuerit pro Indiarum Provinciis, nullum posse permitti transitum de una Provincia, ad aliam, absque consensu utriusque Provinciæ Ministri Provincialis, pro tempore existentis, sub pœna privationis Officii Ministro Provinciali recipienti, et inhabilitatis ad Officia quæcumque Fratri ita recepto, prout etiam si Religiosi ad aliquam Indiarum Provincias transferentes, ad aliam dicti Ordinis minime assignatam, præscriptamque se se converterent, Apostasiæ pœna plecti, et statim, ad Pro-

Recensentur in eadem Provincia S. Gregorii in Indiis ex transitu Religiosorum ab una ad aliam Provinciam.

vinciam ipsam, ad quam destinati fuerant, remitti iubentur, sub pœna privationis et Officio respective Ministris Provincialibus, aut Guardianis, tunc existentibus contrafacientibus: nihilominus non raro accidere solet, quod Religiosi primodictæ Provinciæ filii, vel antequam ad ipsam S. Gregorii Provinciam transeant, vel postquam in illa per paucos annos manserint, sollicitent incorporari, et de facto in aliis tum Europæ, tum Indiarum Ordinis huiusmodi Provinciis incorporentur. Et in eadem expositione subjuncto, quod totum, id in grave memoratæ S. Gregorii Provinciæ cedebat detrimentum, quæ utpote unica, et sola in ultimis illis Orientalium Indiarum, seu potius vastissimi Oceani extremitatibus existens, et non aliis Fratribus composita, quam illis, qui ex Hispaniarum ipsius Ordinis Provinciis illud mittuntur, amplificatione potius, quam paucitate Filiorum Religiosorum indigebat: hinc si Fratres Provinciæ huiusmodi jam adscripti, ad alias dicti Ordinis desciscant Provincias, verendum profecto est, ne successu temporis, illa amittantur; in iis enim regionibus vix unus ex natis reperitur, qui in dicto Ordine recipi possit, idoneusque sit ad strictioris Observantiæ institutum amplexandum.

§. 2. Ad hæc huiusmodi Provinciæ Fratres in id præcipuæ incumbunt, ut nedum in ipsis Philippinis Insulis, ubi adhuc Barbarorum multitudo viget in Montanis, sed et Sinarum, et Cochinchinæ, aliorumque finitimorum Regnorum gentes, ad Catholicam fidem reducant; non paucis propterea Provincia ipsa S. Gregorii indigebat Operariis; hinc si per incorporationem huiusmodi filiorum dictæ Provinciæ in aliis dicti Ordinis Provinciis, suis ipsa filiis epolietur, per necesse cessabunt ejusdem Provinciæ Missiones, ac insuper quoad illos, qui a sæpe dicta Provincia negociorum causa, alio ablegabantur, ea urgebat ratio, quod, ut de negociis sibi commissis, quemadmodum par est, rationem reddere queant, ad ipsammet Provinciam redire debent; alias enim si expeditis comissionibus, per incorporationem illorum in aliis Provinciis dicti Ordinis, a jurisdictione sui Ministri Provincialis illos mittentis eximerentur, illos quoque exemptos esse contingeret a debita rationum redditione.

§. 3. Ideoque ad removendam tam gravia damna, quæ Provincia prædicta ex suorum inconstantia quotidie lugere co-

gebatur, pro parte ejusdem Francisci Proministri, et Procuratoris ejusdem, Congregationi Cardinalium supplicato, ut declarare dignaretur, quod nullus, sive Prominister, Custos, Commissarius Missionum, aut Procurator missus, seu missi, aut mittendus, vel mittendi a Provincia prædicta S. Gregorii in Europam, aut ad Indias Occidentales, sive quisquis, aut illuc pergens, a quolibet dicti Ordinis Superiore, quacumque auctoritate fungente, absque consensu, et expressa licentia Ministri, et Distinctorii Provincialis pro tempore existentis ejusdem S. Gregorii Provinciæ, in aliis quantumvis privilegiatis ipsius Ordinis Provinciis incorporari possit, sub pœna nullitatis incorporationis, quæ sine prædictis licentia, et consensu quodcumque pro tempore facienda venerit, ipso facto absque ulla alia declaratione incurrendæ: ita ut incorporatio huiusmodi, sic absque licentia, et consensu prædictis peracta, nulla sit eo ipso et nemini suffragetur, nullumque habeat, et habere prætendatur effectum, firmis etiam remanentibus aliis pœnis in memorati ordinis statuto contentis et expressis: quibuscumque gratiis, privilegiis, ex indultis, cuius personis concessis, ac concedendis non obstantibus.

§. 5. Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione decretum tenoris sequentis videlicet = Sacra Congregatio » E. E. et R. R. S. R. E. Cardinalium, negotiis, et consultationibus Episcoporum, et Regularium præposita, referente E. m. de Rubeis Ponente, ac attempta relatione P. Procuratoris Generalis, censuit rescribendum, prout præsentis decreti vigore rescripsit, et decrevit: firma remanente prohibitione » Religiosis Descalceatis Provinciæ insularum Philippinarum transeundi, » et sese incorporandi intra decennium in alia Provincia, absque consensu utriusque Provinciæ, vel pœnis contentis in constitutionibus Apostolicis, ac in Statutis Generalibus » Ordinis, consulendum S. S. m. pro approbatione declarationis, quod transitus, et incorporationes huiusmodi, » absque consensu utriusque Provinciæ » intra decennium, ipso facto, et sine operis ullius declarationis, sint nullæ, irritæ, » ac nullius efficaciæ ad omnes effectus. » Romæ 10 Sept. 1762. = et facta de præmissis relatione ab infrascripto D. Secretario sub die 17 ejusdem Mensis, » et Anni Sanctitas Sua benigne annuit, » et enunciatum decretum S. C. appro-

gularium ad impediendum transitum de una ad aliam Provinciam Religiosis Provinciæ S. Gregorii in Indiis.

Provincia S. Gregorii pluribus indiguit Operariis, quippe quam amplissimis Missionibus incumbit.

Sacra Congregatio declaravit, non esse permittendum transitum Religiosis Provinciæ S. Gregorii Philippinarum ad aliam Provinciam, nisi expleto decennio ab incorporatione, sub pœna nullitatis.

Preces porrectæ Congregationi Episcoporum, et Re-

» havit = C. A. Cardinalis Cavalchini =
» S. Bonaccursi Secretarius.

Pontifex resolutionem Sacrae Congregationis approbat, et observari mandat.

§. 6. Cum autem sicut dictus Franciscus Prominister, et Procurator Nobis subinde exponi fecit, ipse decretum huiusmodi, quo firmiter subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio communiri summo opere desideret. Nos ipsius Francisci Proministri, et Procuratoris votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, si quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantummodo, absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis firmitatis robur adiicimus, salva semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes, easdem præsentibus literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores definiri, et judicari oportere, alias si secus factum fuerit, id omne irritum, et inane, atque ad pristinum statum reducere curabimus, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xy Novemb. MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXI.

Dat. die 27. Novembris 1762. Anno V.

Sardinia Regi Illustri de deteriori statu rerum Ecclesiasticarum in suo Regno conquerenti, promittit Pontifex se promptum paratumque esse opportuna præbere remedia ad incolumitatem Catholicæ fidei servandam, et restituendam.

Carissimo in Christo Filio Nostro
Carolo Emmanuelli Sardinia Regi Illustri.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Humanissimas, et filiales Regis accepisse Epistulas proficetur de Ecclesiasticarum rerum in Sardinia deteriori statu. erga Nos obsequii plenas Regiæ Majestatis tuæ literas die octava Mensis Septembris datas ad Nos attulit, qui ad Sacra Beatorum Apostolorum limina, et hanc fidei petram advenit, Ven: Frater Josephus Augustinus Episcopus Algurensis, ut qui sit Ecclesiæ, Diocesisque suæ status, et conditio ad Nos uberius referat, et de iis, quæ in omni tuo Sardinia Regno ad rem Ecclesiasticam pertinent, Nos plenius doceat, et cumulatus. Libenter illum, et perbenigne excepimus, ut ejus dignitas, et virtus, ut Regiæ Majestatis tuæ de illo testimonium postulat, et commendatio. Ceterum salutationi, et cupidæ illius voluntati declarandi sui erga Nos, et hanc S. Sedem obsequii, et devotionis data est prima hæc ad colloquium, congressumque Nostrum admissio: quamquam res, quarum causa huc sese contulit, leviter quidem, sed tamen attingimus, prolixiore, ut existimamus, et accuratiore sermone pertractandas, cum Nos iterum, ac sæpius convenerit.

§. 2. Majestati vero tuæ, cui certo novimus illud antiquissimum esse, efficacissima quæque adhibere studia, et officia ad incolumitatem Catholicæ fidei in omni ditione tua retinendam, et disciplinæ Christianæ sanctitatem, integritatemque morum vel restituendam, vel conservandam, persuasum esse volumus, sermonibus, quos Nobiscum Regio tuo nomine confert idem Ven: Frater Josephus Augustinus, ita æquas facilesque aures Nos esse duros, ut ipse intelligat, tuæque Majestati significare possit, quam ad tua desideria propensum animum gerimus. Interea Ma-

Sardinia Regis Religionem commendat, Pontificumque amicum et gratificandi in rebus Ecclesiasticis participat.

jestatem tuam ob præclarum erga S. Ecclesiam studium, quo cæteras Regias virtutes suas, domi forisque insignes, maxime illustrat, impensissime in Domino amamus, et præcipua quadam charitate complectimur: cujus testem etiam esse volumus Apostolicam benedictionem, quam tibi, carissime in Christo Fili Noster, Regiæque Familiæ tuæ universæ, amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvii. Novembris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXXII.

Poloniæ Illustræ Regem hortatur ne Diploma nominationis præbeat Schismatico cuiquam pro Episcopatu Mokilowiensi violenter a Polocensi Diocesi avulso, et eidem restituendo.

Carissimo in Christo Filio Nostro Augusto Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo filii Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Mokilowiensem Ecclesiam ab Archiepiscopatu Polocensi Schismaticorum opera, qui adhibitis Moschorum officiis, eam a multo tempore invasissent, diu est cum Apostolica Sede deplorat avulsam. Nam fel. rec. Benedictus XIV ad Regiam Majestatem tuam, et multo antea Benedictus XIII. ad gloriosæ Mem. Augustum Regem inclytum Patrem tuum querelas ea de re suas detulerunt. Sed modo coorti tum temporis bellorum motus, modo, quæ a Moschis opponebantur, formidines, vestra de illo Episcopatu a Schismaticorum manibus vindicando, semel atque iterum præclara fregere consilia. Nunc autem Ven. Frater Jason Archiepiscopus Polocensis occasionem, ad quam semper fuit intentus oblatam sibi existimat, Mokilowiensis Episcopatus recuperandi, cum ejus Ecclesiæ invasorem Petropolim accersitum, fama est illinc non amplius discessurum: ab eo tamen interea sollicitari Schismaticum quemdam nomine Hinichi Hegumerum Mokilowiensem, ut a Regia Majestate tua ad eam Ecclesiam studeat se nominari. Et Nobis quidem ipse Archiepiscopus literas dedit, quibus Nos impensissi-

me rogat, ut Nostra apud Regiam Majestatem tuam adhibeamus officia, cuiquam interea Schismatico, Regiæ nominationis Diploma concedas, dum ille eo temporis spatio, quod illi profueris, ea documenta possit consequi, quibus exploratissima sua in illa Ecclesiam jura confirmet. Hoc ille Regia Majestate tua postulat, quo nihil æquius petere potest, nihil moderatius.

§. 2. Verum Dei causam ipsi Nobis deserere videremur, si Regiam Majestatem tuam ad tantum vulnus Mokilowiensis Ecclesiæ tam vetus tamque pestiferum, quovis adhibito medicamento, sanandum non excitarem. Nec (quod postulat Polocensis Archiepiscopus) Majestatem tuam rogamus, ut tantisper dum ille Ecclesiæ suæ causam instruit, Schismatico postulanti, Regiam nominationem retardes; sed Regiam tuam in Deum fidem, tuamque in Orthodoxam Religionem flagrantissimum studium obtestantes, Majestatem tuam quam maxima animi Nostri contentione obsecramus, ut nulli modo cuiquam unquam Catholici nominis inimico nominationis Diploma concedas. Ne, quæsumus, patiari amplius, carissime in Christo Fili Noster, Lupos in illum Gregem grassari, et strages diutius edere. Satis cladum in animas Christi Sanguine redemptas, per hoc tres, et sexaginta annos illatum est, ex quo Schismatici in miseram illam Ecclesiam irruerunt. Est igitur Regiæ pietatis et in Orthodoxam Ecclesiam laudatissimi zeli tui, dato Diplomate, privilegiis Antecessorum tuorum inhærente, Mokilowiensem Ecclesiam e Schismaticorum, quo a tam longo tempore premitur iugo, subductam, Polocensi Archiepiscopo restituere: tuæque præcipua laus erit tam multas animas ex ore, et faucibus Diaboli ereptas ad Gregem Domini reduxisse. Hæc pro pastoralis Nostri munere, non sine magna animi Nostri sollicitudine, Majestati tuæ scribere volumus, ea Nobis proposita spe futurum, ut hac Apostolica cohortatione Nostra, digni pietate tua fructus existant. Denique Majestati tuæ omni paternæ Nostræ erga illam charitatis sensu Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die iv. Decembris MDCCLXXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 4. Decembris 1762, Anno V.

Narrat qua injuria avulsa sit multis ab hac annis Ecclesie Mokilowiensis ab Episcopatu Polocensi, de quo prædecessores Pontifices valde, sed inutiliter conquesti fuerant.

En-
lo-
ge
P.
pra
plo-
nati
mati
fanti
nat
sent
anti
jura
rare,

Dat. die 4. Decembris 1762. An. V.

CCCXXIII.

Polocensem Episcopum hortatur Pontifex, ut serio incumbat recuperationi Mokilowiensis Ecclesiæ, jam prius Polocensi unitæ, ei significat transactionem jam probasse cum Clericis Societatis Jesu, qua finis impositus diuturnis litibus inter partes actis.

Constitutio Pauli V. Anni MDCXIX. qua Mokilowiensis Ecclesia Polocensi fuit unita prætermittitur fuit in Bullario Mainardii, Hujus Pontificis Constitutionem, qua approbatur transactio cum Clericis Societatis Jesu, dedimus hoc Tom. II. sub Num. CCLXXXIV. pag. 249.

Venerabili Fratri Jusoni Archiepiscopo Polocensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem.

Episcopum certiorat de Epistola Polonia Regi per scripta, ne sinat aliquid agi quoad Mokilowiensem Ecclesiam in præjudicium Ecclesiæ Polocensis.

§. 1. **A**ccepimus Fraternalitatis tuæ litteras datas die XXV. Septembris quibus Nostra pietatis, ad carissimum in Christo Filium Nostrum Augustum Polonia Regem, Apostolica officia, ne quemquam nominatum velit ad Mokilowiensem Ecclesiam, antequam ipse conquisitis documentis demonstraveris, Polocensi Archiepiscopatu eam esse reddendam Ecclesiam. Nos non tam petitionem istam tuam, datis ad eundem Regem literis adjuvamus, sed vehementer etiam ejus Majestatem in Domino cohortati sumus, ut Mokilowiensem Ecclesiam, Schismaticis ab ejus regimine depulsis, Polocensi, cui ab anno MDCXIX. unita fuit, aliquando restituat.

Composuissimus singulas controversias cum Clericis Societatis Jesu per suas litteras in forma Brevis, eidem Episcopo aunciat.

§. 2. Quod autem scribis cupere te, ne a Clericis regularibus Soc. Jesu excitatis litibus impedire, ut huic recuperandæ Mokilowiensis Ecclesiæ tibi non liceat operam dare negotio comperimus, quod et ipse scire debes, lites omnes, quæ prædecessori tuo fuerunt cum iisdem Clericis Regularibus, per Nostras litteras in forma Brevis ante hos sex Menses esse diremtas, idque tantum ex ea lite speresse, ut honorum, de quibus fuit tamdiu, et tantopere disceptatum, fines intra annos tres, communi partium consensu, et, si opus sit, etiam Apostolici Nostri

Nunciij imperio terminentur. Vides igitur satis otij tibi dari, ut causam de Mokilowiensi Episcopatu tranquille possis instruere. Novas autem lites in posterum extituras, adhuc ne minima quidem suspicio est. Quamobrem pacato animo in hanc rem sedulo incumbere, cujus illum exitum optamus, qui et Mokilowiensi Ecclesiæ salutem, tuæque Fraternalitati præcipuam afferat laudem. Denique Nostræ erga te benevolentia pignus Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IV Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXXIV.

Dat. die 4. Decembris 1762. Anno V.

Dismembratio Conventus S. Elisabethæ Civitatis Fulginæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini a jurisdictione, et gubernio Vicarii Conventus Perusianæ, et illius subjectio tam in spiritualibus, quam in temporalibus Priori Generali ejusdem Ordinis.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **I**njuncta nobis per abundantiam divinæ gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ac exigit, ad ea, per quæ prospero Monasteriorum devoti feminei sexus statui quoad Nobis integrum esse opportune consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Vazquez Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quoad inter alia Monialium Monasteria, curæ, regimini, et administrationi Superiorum dicti Ordinis subjecta, illud sub invocatione Sanctæ Elisabethæ Civitatis Fulginatensis reperitur, quod unus ex professoribus Congregationis Perusianæ ejusdem Ordinis, ab illius pro tempore existente Vicario, electus, regere, et gubernare solet, et attento quod Congregatio Perusina hujusmodi, ex parvo Alumnorum numero composita remanet, valde difficile existit, ut inter illos ii professores idonei, et capaces reperiantur, qui curam, regimen, et administrationem, prædictam, ut par est, explere possint, ac

Subjectio hujus Monasterii Vicario Perusini Conventus valde incommoda pro parvo numero Alumnorum quo Conventus ipse componitur.

propterea dictus Franciscus Prior Generalis, proprium, et consentaneum esse ducit, curam, regimen, gubernium, et administrationem tam spiritualium, quam temporalium dicti Monasterii, tam soli, quam pro tempore existenti Priori Generali dicti Ordinis comittere, et demandare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportunæ providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Monasterium hoc exhibetur perpetuo a jurisdictione Vicarii Conventus Perusini.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Francisci Prioris Generalis votis, hac in re, nec non curæ, regimini, gubernio, et administrationi Monasterii prædicti quantum cum Domino possumus providere ac consulere, nec non pro peculiari Nostra erga quæcumque Sauctimonialium Monasteria charitate, quibusvis incommodis occurrere cupientes, eumque Franciscum Priorem Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Monasterium sub invocatione Sanctæ Elisabethæ Civitatis Fulginatensis Ordinis Sancti Augustini, cum omnibus, et singulis illius Monialibus aliisque personis in eo degentibus, ac illis inservientibus, ac Ecclesia, nec non bonis, juribus, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis, ab omni prorsus cura, regimine, gubernio, et administratione dilectorum itidem filiorum moderni, et pro tempore existentis Vicarii Congregationis Perusinae dicti Ordinis, ac Fratrum ab eo deutorum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium dismembramus, et separamus, ac dismembratum, et separatum esse, et fore decernimus.

Monasterium idem tam in spiritualibus quam in temporalibus subicitur perpetuo jurisdictioni Prioris Generalis Ordinis Eremitani.

§. 3. Vicissim vero plurimam de dicti Francisci Prioris fide, prudentia, pietate, doctrina, dexteritate, integritate, et Religionis zelo, et regularis disciplinæ observantia fiduciam in Domino habentes, quemadmodum de illius successoribus Nobis pollicemur, immediatæ illius curæ, regimini, gubernio, administrationi, et directioni, dictum Monasterium Sanctæ Elisabethæ Civitatis Fulginatensis a Vicario Congregationis Perusinae dicti Ordinis, ut petitur, per Nos dismembratum, disjunctum, et separatum, atque illius Moniales,

Bull. Rom. Tom. II.

aliasque personas in eo degentes, cum omnibus, et singulis ad dictum Monasterium spectantibus, et pertinentibus, illiusque curam, regimen, gubernium, et administrationem tam in spiritualibus, quam in temporalibus nunc, et pro tempore quodcumque etiam pertinentem, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo subijcimus, et supponimus, atque subjectum, et suppositum esse, et fore volumus, decernimus, declaramus, et mandamus.

§. 4. Decernentes, ipsas præsentis literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subblata, et decretum irritans

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, Congregationis, et Monasterii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorem effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv Decembris MDCCLXII, Pontificatus Nostri Anno V.

Derogatio contrariorum.

Dat. die 18 Decembris 1762.
Ann. V.

CCCXXV.

Dolet cum Magantino Archiepiscopo, quod Ecclesiastica judicia, et Clericorum causæ ab Ecclesiastico foro, ad Curias laicales deferantur, et Pontificiam sollicitudinem promittit, ut hæc Sacris Canonibus illata injuria tollatur,

Venerabili Fratri Joanni Friderico Carolo
Archiepiscopo Magantino S. R. I.
Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,
et Apostolicam benedictionem,

Haud ferendum est Ecclesiastica perturbari judicia, et Clericorum causas ad Laicale forum trahi.

§. 1. **A**ccipimus Fraternalitatis tuæ literas datas die xxviii Octobris, quibus quam vehementer commoti simus, non satis scribendo possumus explicare. Profecto nihil ferendum minus, quam Ecclesiastica perturbari judicia, et Clericorum causas ab Ecclesiastico foro abductas, temporalium adnexorum prætextu, ad laicam potestatem judicandas deferri. Quantum vero turpitudinem habet, homines Deo, et Ecclesiæ devotos, jugum ejusdem Ecclesiæ collo jamjam prope impositum prægravare: quod nuperrime aggressos esse scribis Capitulares Spirenses, qui controversiam, quam habent cum Decano suo jamdiu ad Nostræ Romanæ Curiae Tribunal deductam, ad Consilium Imperiale Aulicum judicandum detulerunt: nec sacros Canones esse reveritos; nec puduisse in eo peccare, cujus disciplinam profiteantur. Eos hanc sibi suoque statui, et conditioni maculam inuisisse, et tantam Ecclesiæ fecisse injuriam, id vero tuum animum æque, ac Nostrum ex tuis literis graviter percussisse agnovimus.

Causam Archiepiscopi Magantini cum Capitulo Spirensi, ut erocetur ab Aulico Imperiali Consilio promittit Pontifex, sed siuere nequit ut ea Romana Curia, iterum ad Magantinam deferatur.

§. 2. Nunc vero dolorem ex hac re tuam molli animo te deponere cupimus, et eo Nobiscum tuas convertere cogitationes, ut novum hoc revellamus telum in Ecclesiasticam libertatem isthic conjectum. Tu vide, Ven. Frater, quid solertia, eximiaque prudentia tua possis efficere. Si qui non pervicaci animo, sed re parum bene consulta, vel fragrantiore justitiæ studio abrepti, in errorem a recta via in hoc negotio deflexerint, eos in gyrum rationis curabimus revocandos. Nec vero studia, et officia Nostra patiemur

desiderari, quo memorata Spirensium Capitularium causa a cognitione consilii Imperialis Aulici subducatur. Quod autem eam a Nostra Romana ad tuam Magantinam curiam remitti postulas, vide Ven. Frater, ne plus a Nobis petas, quam Nostra in Fraternalitatem tuam, quantumvis ad bene de re merendum propensa voluntas, possit tibi tribuere. Etenim ea de re Romæ jam fuit judicatum; et quamquam causa cecideris, tamen jus tuum tibi licet iterum experiri: nec officio suo certe deerunt Judices, quorum Religio, et sapientia nunquam committet, ut quidquam de tuo jure videatur esse detractum. Denique Fraternalitati tuæ ab præclaras animi tui virtutes, ac præsertim in tuenda Ecclesiastica libertate robur, atque constantiam magni facimus, et singulari charitate complectimur, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die xviii Decembris MDCCCLXII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXVI.

Dat. die 18 Decembris 1762.
Ann. V.

Ecclesiasticam libertatem turbatum esse in universa fere Germania queritur cum Spirensi Episcopo, eumque hortatur ut, sub temporalis negotii mixtura, non sinat Clericorum causas ad Laicorum judicia deferri.

Dilecto Filio Nostro Francisco Christophoro S. R. E. Presbytero Cardinali
de Hutten Episcopo Spirensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um a multo tempore frequentibus gravibusque querelis de labante pluribus in locis, seu potius ruente Ecclesiastica jurisdictione Nostræ aures, fere quotidie, magna cum molestia Nobis atterantur; nulli tamen ex partibus nuncios videmur accipere tristiores, quam qui e Germania vestra identidem ad Nos veniunt de violata Ecclesiæ libertate. Iis enim multo gravius commovetur, et tamquam totidem vulneribus animus Noster custoditur, quod Nobis in mentem venit, nullam olim fuisse gentem, quæ suo in Ecclesiam obsequio, et Sacrorum Canonum reverentia Nationi Germanicæ anteiret.

Quantum Germanici a pristina deflexerint Religione, et erga S. Sedem observantiam.

Pessimam esse rationem ostendit pro traducendis Clericis ad forum Laicale, quod in Causis mixtura insit rebus temporalium, quam semper in Causis fere omnibus intercedere solet.

§. 2. Nunc vero e Regionibus, quæ Ecclesiæ minus sunt obsequentes, isthuc a pluribus annis transiisse ingemiscimus, pessimi imitationem exempli, et eam ad Vos judiciorum invecam esse rationem, qua foro Ecclesiastico in omnibus fere Clericorum causis silentium potest indici. Cujusmodi ad Nos illud est nuperrime allatum de controversia, quam habet cum Capitularibus suis Decanus Spirensis; Capitulares enim illos, quum ea causa jamdiu in Nostra Romana curia ageretur, intelleximus ad Consilium Imperiale Aulicum confugisse, et a laica potestate postulasse, ut eandem causam sub, prætextu annexorum temporalium, judicandam susciperet. Qua quidem Ecclesiasticæ jurisdictionis declinandæ ratione, perniciosissime de Germanica Ecclesia, ejusque libertate Capitulares illi meriti sunt; qui laicis Potestatibus occasionem præbent gravius in dies imponendi servitutis jugum eidem Ecclesiæ, et auctoritatis Romani Pontificis funditus evertendæ. Quæ est enim, aut esse potest causa Clericorum, cui non aliquid temporale conjunctum sit? Quod si ejusmodi prætextui locus sit, ipse pro eximia prudentia tua vides, dilecte Fili Noster, actum esse fere de omnibus Ecclesiasticis judiciis, actum de appellationibus ad Apostolicam Sedem.

§. 1. Quamobrem, qui ob delatam tibi amplissimam dignitatem in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ adscitus es Ministerium, te quanta maxima possumus animi Nostri contentione in Domino rogamus, et obtestamur, ut auctoritatem tuam hac in re omnem adhibeas, et quantum vales industria, sagacitate, et auctoritate id efficias, ut quo Capitulares inconsulta temeritate progressi sunt, inde magna sui laude referant pedem. Quod si consequare, mirum quantum quidquid est Episcoporum in tota Germania tibi debet, mirum ab hac Apostolica Sede quantam in illis gratiam, et ab omnibus bonis quantum ipse feres laudis, et gloriæ! Quam vero meritorum segetem apud Deum tibi parabis, ex eo facile potes conijcere, quod ab Ecclesia ejus Sponsa, novam hanc injuriam propulsa-veris. In hanc denique præclaram operam incumbenti, boni exitus auspiciem tibi, dilecte Fili Noster, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris die xviii. Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Bull. Rom. Tom. II.

CCCXXVII.

Dat. die 18 Dec.,
1762. Ann. V.

Approbatio Decreti Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, quo statuitur nil esse innovandum in statutis, et regulis Collegii Pachecani in Indiis, Missionum Ordinis Fratrum S. Francisci da Observantia Excalceatorum, et Recollectorum.

Statuta, pro regimine Seminariorum Missionum tam erectorum, quam erigendorum in Hispania, et Indiis Ordinis hujus approbata fuere ab Innocentio XI. Const. Anni 1686. Maii 7. quæ prætermittitur in Bullario Mainardi: Erectionem unius Seminarium, seu Collegii Missionum in Provinciis Ultramontanis, et Indiarum hujus pariter Ordinis, in quibus erecta non reperiebantur auctoritate Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, jussit Minister Generalis, cujus Decretum confirmavit et exequi mandavit Innocentius XI. Const. Anni 1686. Junii 28. Seminarium pro Missionariis S. Francisci de Observantia in Hispania, et Indiis Occidentalibus erecta, nec non statuta pro illorum regimine condita a Ministro Generali, confirmavit, et approbavit Pontifex idem Const. altera ejusdem Anni, Oct. 26 Erectionem Seminarium Missionariorum in Provincia S. Pauli Fratrum Minorum Excalceatorum strictioris Observantiæ Castellæ Veteris, a Congregatione Episcoporum, et Regularium approbatam, confirmavit Benedictus XIII. Const. Anni 1724. Junii 20. Alteram erectionem unius Collegii Missionariorum in uno ex Conventibus Provinciæ S. Gabrielis hujus Ordinis in Hispania, a Congregatione præfata approbatam, confirmavit prædictus Bened. XIII. Const. Anni 1726. Jan. 16. Ut in unaquaque Provincia Ultramontana, et Indiarum Orientalium, et Occidentalium, hujus Ordinis erigeretur Seminarium, seu Collegium pro Missionariis, probavit decreto suo eadem S. Congregatio, quod decretum confirmavit prælaudatus Pontifex Const. Anni 1727 Aprilis 3, qua prohibuit unicuique Fratri Ordinis, transitum de una ad aliam Provinciam titulo Missionum, Collegiaque, et Seminarium erigenda, a directæ Ministri Gen. Ordinis subjectione exempt, et Ministris Provincialibus respectivis subjecit. Tandem Conventus S. Francisci de Pacheca in Mexi-

Spirensis Antistitem hortatur ut in procedendis Ecclesiæ juribus se præbeat sollicitus.

co erectus fuit in Seminarium Missionum in Montibus de Cimapan per Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide, quod confirmavit Clemens XII Const. Anni 1733. Jul. 23, ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

Facultas tributa fuit Ordini huic eigen- di Collegium, seu Seminarium Missionariorum in unaquaque Provincia Ultramontana, et Indiarum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Lutre Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum, et Recollectorum nuncupatorum, quod alias felicis recordationis Benedictus Papa XIII prædecessor Noster, per quasdam suas in simili forma Brevis die III. Aprilis MDCCXXVII incipientes, nuper pro parte etc. expeditas Literas, omnibus, et singulis Ministris Provincialibus Provinciarum Familiæ Ultramontanæ, et Indiarum, tam Orientalium, quam Occidentalium ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia Excalceatorum, et Recollectorum, facultatem concessit, ut ipsi in unaquaque ex memoratis Provinciis, unum Collegium, seu Seminarium Missionariorum in altero ex Conventibus utriusque Provinciæ sibi beneviso, erigere valerent; Provincia vero S. Didaci de Mexico eorumdem Fratrum, seu tunc existens Minister Provincialis, ad creationem hujusmodi Collegii, seu Seminarii processit in Conventu S. Francisci de Pacheca nuncupato, Conventum præfatum in Missionariorum Seminarium, seu Collegium immutando, particularibus pro illius spirituali, et temporali regimine, et gubernio, tunc etiam, et pro tempore conditis statutis, et constitutionibus.

Clemens XII approbavit erectionem Collegii Missionum erecti in Conventu S. Francisci de Pacheca, cum prohibitione transitus ad alias Provincias.

§. 2. Deinde rec. mem. Clemens Papa XII prædecessor itidem Noster, per alias suas quarum initium est = *Emanavit nuper à Congregatione etc.* die xxiii Julii Anni MDCCXXXIII in pari forma brevis expeditas Literas, confirmavit decretum, quo idem sic erectum Collegium, sive Seminarium Missionum, deputatum fuit pro conversione infidelium, et signanter existentium in Montibus de Camapan nuncupatis, locisque conterminis, in quibus eo usque nulla alia Missio fundata reperiebatur, cum potestate sacras Missiones in supradicto Monte, et locis conterminis erigendi ab eodem Collegio dependentes, districte prohibendo omnibus ipsius Provinciæ S. Didaci Fra-

tribus, ne Fratres prædicti, non solum ad alias Provincias, et Collegia Missionum ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia, verum etiam ad Missiones Provinciæ Sancti Gregorii in Insulis Philippinis memorati Ordinis S. Francisci Excalceatorum nuncupatorum, absque licentia tunc, et pro tempore existentium S. R. E. Cardinalium negocii Propagandæ Fidei præpositorum, transire possent, et alias prout in dictis tam Benedicti, quam Clementis prædecessorum præfatorum Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Nuper vero dilectus quoque filius Bartholomæus de Toletto Frater, expresse professus, ac Minister Provincialis tunc existens memoratæ Provinciæ S. Didaci, prætendens, quod aliquæ fierent reformationes in constitutionibus, et statutis memorati Collegii, sub prætextu melioris illius regiminis, exactiorisque Alumnorum in eo existentium disciplinæ, ad prædictam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationem negocii Propagandæ Fidei præpositorum recursum habuit, et ab eadem Cardinalium Congregatione die 20. Septembris nuper elapsi editum fuit decretum tenoris sequentis videlicet = Relata per Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Cardinalem Ganganelli Pontifici supplicii Libello P. Bartholomæi De Toletto Ministri Provincialis Missionum Excalceatorum Provinciæ S. Didaci de Mexico, in quo proposuit nonnullas reformationes per S. Sedem Apostolicam faciendas in constitutionibus, seu regulis Collegii Pachecani, quæ ad bonum ejusdem regiminis, atque exactiorem Alumnorum disciplinam sibi opportuna videbantur, Sacra Congregatio, auditis primis, quos oportuit, et re mature deliberata, censuit nihil esse innovandum = Datum Romæ ex ædibus dictæ Sacræ Congregationis die, et Anno, quibus supra = I. Cardinalis Spinellus Præfectus = Loco ✕ Sigilli Marefiscus Secret.

Postulante Ministro Provinciali S. Didaci in Iudiciis pro reformatione statutorum Collegii Pachecani, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, quæcumque innovationem prohibuit.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joannes Procurator Generalis, ad præcavendos ultteriores dicti Bartholomæi et aliorum quorumcumque recursus, ex quibus potius quam in dictum Collegium, ejusque disciplinam, reformatio inducatur, jurgia, lites, ac discordiæ timeri possunt, pro sui muneris officio pacem, tranquillitatemque super his, aliis-

Postulatio Procuratoris Generalis pro confirmatione Pontificia prælaudatæ resolutionis S. Congregationis de Propaganda Fide.

que ad dictum Collegium, seu Seminarium attinentibus, firmare exoptans; ne illius Alumnos, qui suum ministerium implere exacte depræhendantur; his de causis ab eorum proposito retrahi contingat, decretum præfatum per Nos confirmari summovere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex prædictam resolutionem approbat, et observari mandat.

§. 5. Nos igitur ipsum Joannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque censuris, et penis si quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum tenore absolventes, et absolutum fore censeutes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum decretum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Clausula subdita, decretum irritans et derogatio, contrarium.

§. 6. Decernentes, easdem præsententes Literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere: ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit ad futurum, plenissimo suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20 Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXVIII

Dat. die 5. Jan. 1765. Anno V.

Prævia moderatione Constitutionis Leonis X. circa numerum Vocalium ad Comitiam Generalia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia pro electione Ministri Generalis, approbatur decretum Discretorii Generalis ipsius Ordinis, quo ipsorum Vocalium numerus reducitur.

Constitutio Nicolai III super declaratione Regulæ S. Francisci, et reductione Vocalium ad Comitiam Generalia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, non reperitur impressa in Bullario Mainardi. Omnes Ministros, et Custodes, sive Vocales, tam Cismontanæ quam Ultramontanæ Familiæ accedere debere ad Comitiam Generalia Ordinis ipsius, statuit Leo X. Constitut. Anni 1517. 4. Kal. Jun. in qua plurima quoad Minorum Observantium Ordinem sancivit, ut videre est in Bullario Mainardi.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quæcumque ad majorem Regularis disciplinæ observantiam, et Religiosorum Ordinum comodum, et incrementum, nec non pacem, concordiamque inter quosque Christifideles, sub suavi Religionis jugo mancipatos confirmandam, procurandamque, in Domino conspicimus profutura, eadem qua salubrius promoveantur, promotamque facilius statuatur, ac statuta perennius persistant, supremas Apostolicæ procuratoris Nostræ partes, libenti animo interponere, non dedignamur.

Exordium

§. 2. Proponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannettus de Molina Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod licet transactis temporibus, a tunc existentibus Superioribus Generalibus ipsius Ordinis, pluries animo perpensa fuerint incomoda, dissidia, dissentiones, jurgia, ac discordiæ, quæ manifeste oriebantur, nec non magni momenti sumptus, quos Ordo ipse, et illius Provinciæ omnes facere tenebantur, ex magno Vocalium numero, qui ad Comitiam Generalia dicti Ordinis, pro ferendis eorum respective suffragiis conflabant, ascendentium ad tercentos quinquaginta Vo-

Refertur antiquo methodo servata quoad numerum vocalium ad Comitiam Generalia hujus ordinis, et incomoda a prægrandi vocalium numero derivantia, exponuntur.

cales, quando omnes adventabant, licet id raro accideret, quippe qui aliqui ex illis in itinere in morbum incidebant, aut ab hac luce migrabant, seu antequam convaluissent, tempore debito ad Comitia Generalia accedere nequibant, de præsentibus vero, eorum numerus ad tercentos ascendit, et frequenter excedit, prout in Capitulo Generali in Alma Urbe Nostra an. MDCCL. habito, trecenti, ac decem, et novem Vocales numerati fuerunt, ac ad nuperum Capitulum Generale, in proximo elapso anno Mantuæ celebratum, trecenti, et octo Vocales accesserunt, præter, ut ultra alios Socios, et Tertiarios, qui ad quamplurimos Officiales, aliosque inservientes, in præmissis necessario, conjuncti, magnam confusionem, non sine gravi tum in spiritualibus, tum in temporalibus, tam totius Ordinis in generali, quam illius Provinciarum in particulari, detrimento, afferre solent; nihilominus nullum remedium attulerint.

Quæ sane incommoda mature examinata fuere a Diffinitorio Generali Ordinis in Capitulo Generali coadunato.

§. 3. Præmissa autem omnia dilecti filii moderni Diffinitorium, seu Discretorium Generale utriusque Familiæ Cismontanæ, ex Ultramontanæ nuncupatæ memorati Ordinis, in dicto Capitulo Generali ultimo loco habito canonice electi, mature perpenderunt, et quo hisce incommodis consulere, et sumptus quos Ordo prædictus pro celebratione Comitiorum Generalium necessario subire oportet, evitare valerent, eo magis, quod ære alieno pro celebratione dicti Capituli Generalis quatuor mille scutorum monetæ Romanæ gravatus remanet, in unum congregati, suum pro diminutione vocalium, eorumque sociorum, qui ad Comitia Generalia ipsius ordinis pro tempore habenda accedere debebant, decretum ediderunt tenoris sequentis, videlicet.

Diffinitorium Generale censuit supplicandum esse Pontifici pro diminutione vocalium ad Comitium Generale Ordinis.

» Ad evitandas gravissimas expensas, aliaque incommoda, quæ ex multiplicitate Vocalium, eorumque Sociorum ad Capitula Generalia nostri Ordinis confluentium hætenus experti sumus, et in dies experimur, decernit Diffinitorium Generale, supplicandum esse Sanctissimo pro ipsorum diminutione, ita quod (præter Patres Reverendissimi Diffinitorii, et Custodes regimini Custodiarum) ex unaquaque Provincia in posterum unus tantum Vocalis accedat, Minister nempe Provincialis, si possit, et illo se se excusante, vel legitime impedito, Custos, qui tantummodo secum Tertiarium deferat. Discreti au-

tem Generales, unum Socium, vel Sacerdotem, vel Laicum cum Tertiarium, atque hoc decretum idem Diffinitorium Generale, mandat Capitularibus actibus esse inserendum, Datum Mantuæ in Capitulo Generali die VI. Junii MDCCLXII. = *Sequuntur signaturæ PP. Diffinitorii* = Concordat cum Originali existenti in hoc Archivio Archiepiscopali Romano Generali. F. Ferdinandus de Roma Lector Jubilatus, et Archivii Custos = Loco ✕ Signi =

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, dictus Petrus Janctius Molina Minister Generalis, nomine etiam dicti Diffinitorii, seu Discretorii Generalis, quo unanimi consensu confectum decretum firmiter subsistat, ex servetur exactius, suumque sortiatur effectum (non obstante quod in Sext. Decretal. lib. 5. tit. 12. de Verbor. significat. Cap. 3. Exiit qui seminatur ubi fel. rec. Nicolaus Papa III. prædecessor Noster exposuit regulam ejusdem S. Francisci, hæc verba habeantur = *Insuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis an pro eo, quod in regula dicitur, ut decedente Generali Ministro, a Provincialibus Ministris, et Custodibus in Capitulo Pentecostes, fiat electio successoris, omnium Custodum multitudinem oporteat ad Capitulum Generale convenire; aut (ut omnia cum majori tranquillitate tractentur) sufficere possit, ut aliqui de singulis Provinciis, qui vocem habeat aliorum intersint; taliter respondemus, ut scilicet singularum Provinciarum Custodes unum ex se constituent, quem cum suo Provinciali Ministro, pro seipsis ad Capitulum dirigant, voces, aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per seipsos, statutum hujusmodi duximus approbandum. Quod idem prædecessor noster Gregorius IX. in casu hujusmodi dicitur respondisse = hætenus dictus Nicolaus qui anno MCCLXXVII. hanc reductionem Vocalium fecit, quando idem Ordo triginta solum numerabat Provincias, et S. Bonaventura dicti Ordinis regimen explere pergebat, et ipsamet dispositio in ipso Ordine vigebat. Et subinde rec. mem. Leo X. prædecessor itidem Noster, in sua Constitutione incipiente *Ite, et vos in vineam meam* ec. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo decimo septimo, quarto Kal. Junii Pontificatus sui Anno V. §. 6. = *Electio vero successoris (nempe Ministri Generalis) fieri debeat a solis Ministris Provincialibus,**

Recessit veteribus constitutionibus quoad majorem numerum vocalium, præces Pontifici porriguntur, ut resolutionem Diffinitorii Generalis confirmare, et approbare digatur.

et Custodibus reformatis, tam Cismontanis, quam Ultramontanis, in Capitulo Generali sæpe dicti Ordinis, in Festo Pentecostes, in loco quem Minister Generalis, cum Capitulo Generali proxime præcedenti duxerint assignandum, ad quod Capitulum omnes Ministri, et Custodes, sive Vocales tam Cismontani, quam Ultramontani accedere teneantur) Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret.

Previa moderacione præcedentium Constitutionum Apostolicarum, relatum Diffinitorii Generalis resolutionem super imminutione vocalium ad Comitia Generalia, confirmat, et approbat.

§. 5. Nos piis ejusdem Petri Joannetii Ministri Generalis, ac Discretorii, seu Diffinitorii Generalis hujusmodi votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque canonicis censuris, et pœnis si quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus, eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecti Filii Nostri, Hieronymi S:R.E. Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, et Apostolicam Sedem Protectoris voto, qui omnes, ipsius Ordinis Superiores in Alma Urbe Nostra prædicta degentes, vulgo ut dicitur *Officiales Curie* nuncupatos, confirmationi supradicti decreti assentientes esse comperit, præinsertum decretum Discretorii, seu Diffinitorii Generalis hujusmodi, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa, non obstante dicti Leonis prædecessoris Constitutione, quam quoad declarationem, et assignationem Vocalium ad Capitula Generalia factam dumtaxat, auctoritate Apostolica revocamus, cassamus, et annullamus, in reliquis vero, firmis remanentibus omnibus in ea contentis, et expressis, illam observari debere volumus, et declaramus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti, etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint supplementis, et sanamus.

Clausula subacta, et decretum irritans

§. 6. Dacernentes, easdem præsentibus literas, semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apo-

stolici Auditores judicari, et desiniri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstante, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Gregorii, Nicolai, et Leonis aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, ac Ordinis hujusmodi, et illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et singulis eorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariarum.

§. 8. Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Procuratoris Generalis, dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die quinta Januarii Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo Pontificatus Nostri Anno quinto.

Fides habenda transumptis.



Dat. diei Jenu.
1763. Ann. V.

CCCXXIX.

P. Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Excalceatorum, et Reformatorum, facultas tribuitur eligendi semel per semetipsum in Provinciis singulis Cismontanæ Familiæ, ubi necessitas, vel utilitas earundem id postulaverit, Ministrum, Diffinitores, aliosque Officiales, si tunc tamen P. Minister Generalis e Familia absit.

Literæ in forma Brevis diei 13. Julii superioris Anni, quibus præsentibus facultates tribuæ fuere Ministro Generali hujus Ordinis, jam relatæ a nobis sunt, hoc Tom. II. n. CCXCIV. pag. 78.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili salutem,
et Apostolicam Benedictionem

Referantur
incomodo, que
obveniunt in
electione Mi-
nistrorum Pro-
vincialium, et
Diffinitorum
familie Cis-
montanæ.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti in Capitulis Provincialibus Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum, et Excalceatorum nuncupatorum, cujus tu Commissarius Generalis existis, quando Ministrorum Provincialium, et Diffinitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli hujus Provinciæ regimini reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus idonei, aut minus digni, et ad reformationem omnino inepti, voces, siue suffragium habentes, malitia temporum sic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur.

Commissario
Generali Ordinis
impertitur
facultates eli-
gendum Ministrorum
Provinciales,
Diffinitores,
aliosque Offi-
ciales una vice
in qualibet
Provincia in
qua Capitula
Provincialia
habenda sunt.

§. 2. Nos igitur præmissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum præfatarum statui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis si quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantummodo consequendarum, absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; tibi, de cujus fide, prudentia, integritate vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut in eisdem Capitulis Provincialibus, Familiæ Cismontanæ præfatæ, quando necessitas, bonumque dictarum

Provinciarum regimen, siue utilitas id exegerit, tu solus juxta datam tibi a Domino prudentiam, Ministros Provinciales, Diffinitores, aliosque Officiales, una vice in qualibet Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendum, celebrandumque erit, ante celebrationem Capituli Generalis prædicti Ordinis, si contingat eo tempore, etiam dilectum Filium Petrum Joannetum de Molina Ministrum Generalem ejusdem Ordinis, cui similes facultates per alias Nostras in simili forma Brevis die XIII Julii Anni proxime præteriti expeditas Literas, concessimus, a dicta familia Cismontana, abesse, nominare, et deputare libere, et licite, possis, et valeas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, quam etiam facultatem tuo arbitrio vel augendam vel minuendam tuis Commissariis Visitoribus delegandis, juxta rerum, et locorum exigentiam, in iis Provinciis ad quas accedere nequiveris, tribuere, et subdelegare possis, dicta auctoritate impertimur.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, et Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis eorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Januarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Derogatur
contrariis qui-
buscumque.

CCCXXX.

Dat. die 2. Jan.
1765. Ann. V.

Comissarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum Excalceatorum, creatur Comissarius Apostolicus, Visitator, ac Reformator Cismontanæ Familix, Ministro tamen Generali absente.

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem,
et Apostolicam Benedictionem

Exordium

§. 1. In specula supremæ dignitatis, divina dispositione, meritis licet imparibus constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus obruimur curas, ad ea etiam, ex debito Pastoralis Officii Nobis commissi, sollicitè advigilare debemus per quæ Religiosa loca, illorumque personæ, divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, et quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, Ecclesiasticæque disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, et quæ his contraria esse noscuntur, per Nostræ providentiæ studium, penitus evellantur, prout personarum, rerum et locorum qualitate pensata, conspiciamus, in Domino salubriter expedire.

Comissarius
Generalis Ordinis in Cismontana Familia creatur
Comissarius
Apostolicus,
Visitator, et
Reformator
ejusdem Familix Cismontanæ.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus, tu ad demandatum tibi a Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Comissarii Generalis Familix Cismontanæ munus rite, sancteque obeundum, iter instituere intendas, ac Provincias dicti Ordinis tam de Observantia, quam Reformatorum, et Excalceatorum Familix præfatæ, per te ipsum visitare paratus sis; hinc est quod Nos, ut majora Apostolicæ Nostræ charitatis, erga dictum Ordinem, et te ipsum argumenta declarem; atque ad omnia, in hac visitatione, vel extra eam opportune, salubriterque peragenda, tibi fortasse necessaria, Apostolicæ auctoritatis documenta præstemus, ac de tua fide, prudentia, integritate, dextertate, vigilantia, doctrina, rerumque agendarum peritia, ac Religionis zelo, plurimum, in Domino confisi, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, et pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existis, harum se-

Bull. Rom. Tom. II.

rie absolventes, et absolutam fore censes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, te Comissarium Apostolicum, et Visitatorem, Reformatoremque Familix Cismontanæ dicti Ordinis, durante absentia dilecti quoque filii Petri Joannetti de Molina Ministri Generalis ipsius Ordinis, creamus, facimus, constituimus, deputamus, et delegamus.

§. 3. Ac tibi præter, et ultra facultates solitas, et consuetas ratione muneris Comissarii Generalis dictæ Familix Cismontanæ præfatæ competentes, concedimus, et impertimur, ut visitatione Provinciarum, et Conventuum ipsius Familix per te; seu Comissarios Visitatores a te deputandos peragenda, seu illa peracta, ac etiam extra visitationem præfatam, quoscumque Conventus cujuscumque Provinciæ Familix Cismontanæ præfatæ pro studiis generalibus præscriptos, et assignatos, juxta datam tibi a Domino prudentiam, et ut res postulaverit, de alio in alium Conventum, tibi opportuniorem visum, studia generalia hujusmodi permutes, transferas, statuas, et præscribas, novosque in Provinciis prædictis, in quibus Conventus studiorum hujusmodi nondum assignati, et fundati fuerint, tuo arbitrio assignes, fundes, deutes; nec non facultatem Novitios supernumerarios in dictis Provinciis, in quibus tamen necessitas id exegerit, recipiendi, et admittendi concedas; ac quæcumque Capitula Provincialia, quæ forsitan contra Constitutiones Ordinis prædicti, auctoritate Apostolica confirmatas, peracta fuisse compereris, confirmes, atque convalides, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui denique intervenerint suppleas, et saues; ac quancumque Provinciam, vigore cujuscumque facultatis, inter se divisam, et separatam, de novo unias, et incorpores, aliasque dividas, et separe, ac Guardianos haud habiles, quavis auctoritate electos, amoveas, et alios de novo eligas, et ultra triennium dispensare possis, et confirmes: aliaque similia, utilitatem, bonumque regimen, et gubernium Provinciarum præfatarum, illarumque Conventuum concernentia, quæ per Constitutiones Ordinis, et Apostolicas præscripta, et per te ipsum peragenda prohibita, vetitaque sunt, libere, et licite peragere possis, et valeas.

Facultates
extraordinarias
eidem tribun-
tur pro melio-
ri Conven-
tuum, et Pro-
vinciarum re-
gimine.

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcum-

Clausula su-
blata, et decre-
tum irritans.

T t

que, firma, valida, et efficacia existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac tibi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, iniolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam cansarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariorum,

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quesito non tollendo, et Constitutionibus, atque ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, et Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, clausulis, decretisque roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Literis Apostolicis ejusdem Ordini, et Conventibus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xii Januarii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXI.

Dat. die 15 Jan.
1763. Ann. V.

Quum binæ Pragmaticæ in Hispaniarum Regno constitutæ sint, Pontificæ auctoritati, et veteribus pactionibus adversantes, Toletanum Episcopum hortatur, ut Catholicum Regem a reprobandis hisce novationibus amoveat.

Dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Card. de Corduba Archiepiscopo Toletano.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Postquam Nobis allatum est, carissimum Filium Nostrum Carolum Hispaniarum Regem Catholicum, editis novissimè duabus Pragmaticis, eam in publicum proponendi Apostolica mandata prescripsisse rationem, qua non modo pactiones convelluntur, quas fecit cum hac Apostolica Sede gloriosissimæ Memorix Philippus Rex ejus Parens, sed etiam Romanus Pontifex e supremo quodammodo dejicitur loco, in quo illum Ecclesiæ Sanctæ suæ Christus Dominus Doctorem posuit, et Magistrum, vehementer doluimus, ad Principem insigni pietate præditum, et ad ejus Consiliarios religione præstantes, patuisse aditum eorum astutiæ, qui B. Petri Cathedræ, æque ac veritati Catholicæ sunt infensi.

Binæ Pragmaticæ in Hispania introductæ, supremum Pontificis judicium laicis potestatibus subiciunt.

§. 2. Hi nimirum exulceratum animum gerunt, quod errorem a multo tempore veluti cancerum in aliquibus Ecclesiæ partibus occulte serpentem, modo non jam cuniculos, sed erecto collo propalam, nunc ferocientem, et minitantem, nunc exaltantem, et pene in oculis Nostris gestientem Apostolico illo vigore profligavimus, qui Dei virtute, singularique Christi Domini beneficio in hac Sacra B. Petri Sede nunquam emorcuisset. Hinc hujus mali prima labes. Judicii Nostri et Religionem, et Fidem, et veritatem suspicionibus lædi volunt, et Catholicorum Principum animos ab Apostolica Sede student avertere, atque ita susceptum, ex Apostolica Nostra fortitudine, dolorem suum ulcisci. Hæc vero quæ, et cujusmodi sint, Tibi Ven. Frater Lazarus Opitius Archiepiscopus Naupacti, Noster apud memoratum Carolum Regem Apostolicus Nuncius, vel per lit-

Catholica Religioni adversantibus in tollerabile est Romana Sedis constantia in Ecclesiæ juriis prohiendis.

teras, vel eorum, siquando simul eritis, commodius, et uberius exponet.

Teleani Episcopi operam postulat ut Catholicum Regem cpiavis consiliis amoveat et in Religionis semita contineat.

§. 3. Te interea operam in hac re tuam vehementer petimus: te ut Nobis subsidio venias in Domino rogamus, et obtestamur, ut cum cæteris Collegis tuis, quibus hac ipsa de re scripsimus, connitare, ne in Hispanica Ecclesia, cujus in Deum religio, et in Apostolicam Sedem pietas, et devotio semper emicuit, tanta labes diutius hæreat. Sed quantum in animo tuo roboris est, et nervorum, illuc præsertim velimus adhiereas, ut quam homines omnibus dolis instructi, religioni, et pietati optimi Principis, eorumque, quos ille in consilium adhibuit, egregiæ in Ecclesiam voluntati nebulam objecerunt, per Sacros Ministros, quorum ipse in primoribus excelsum tenes locum, adjuvante Domino dissipetur: qua depulsa nihil amplius piissimo Principi est opus, ut ea capiat consilia, quæ Nos, et Ecclesiam summa lætitiâ compleant. Hanc igitur a te, dilecte Fili Noster operam postulat tua religio, tua in Romanam Ecclesiam præcipua ob amplissimam, quam geris dignitatem, et necessaria devotio, tua denique in ipsum Regem fides. Videat eximia prudentia tua, qua via id aggrediare, et quid in hac re passis consequi. Quidquid autem ad tantum Romanæ Cathedræ inflictum vulnus sanandum, ad ea revellenda, quæ pactionibus a Philippo Rege, auctoritatis suæ tenacissimo, jampridem factis adversantur, et æternæ salutis periculum a religiosissimo Principe avertendum contuleris, magnus ex eo tibi in hoc sæcula accrescet cumulus laudis, et is animæ tuæ in futura vita fructus proveniet, quo nullus mente concipi potest, neque uberior neque præstantior. Denique tibi dilecte Fili Noster, paternæ in te charitatis Nostræ, singularisque benevolentiae pignus, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die 15 Januarii 1765 Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXII.

Dat. die 15 Jan.
1765 Ann. V.

De eodem argumento Literas mittit
Hispalensi Archiepiscopo

Dilecto Filio Nostro Francisco S. R. E.
Presbytero Cardinali de Solis
Archiepiscopo Hispalen.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster saluem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**a est de tuo in Ecclesiam Catholicam studio, et in hanc Apostolicam Sedem observantia, et fide, multis confirmata argumentis, Nostro animo defixa opinio, ut si quid de Hispanicis rebus, quæ ad Dei honorem, et cultum, et ad Ecclesiæ dignitatem vel utilitatem pertinent, huc ad Nos afferatur, quod Nostram requirat Apostolicam opem, illud continuo Nobis incurrat in animum, te, dilecte Fili Noster, in eo, quod ad eam rem moliri debemus, adiutorem adsciscere.

Hispalensis
Episcopi Religionem, et
S. Sedi devotionem commendat.

§. 2. Quas novissime carissimus in Christo Filius Noster Carolus Hispanicarum Rex Catholicus pragmaticas ediderit, quibus rationem proponendi deinceps in publicam Apostolica mandata Nostra præscribit, profecto non ignoras. Quantum per eas non modo de Apostolica Nostra auctoritate detrahatur, et dignitate, sed etiam quam ad nihilum Romanæ Cathedræ redigatur potestas; quantum idcirco in discrimen apud vos veniat Catholica Religio, cum Supremum Romani Pontificis Magistrum aliorum subijciatur iudicio, et Apostolicis vocibus via obstruatur, qua ad Vos perveniant, te jam pro eximia, et perspicaci prudentia tua sacrarumque rerum scientia vidisse arbitramur. Itaque quemadmodum ea res tantum Nobis dolorem peperit, ut cæteras acerbitates præ hac, lenes quodammodo existimemus, ita illuc omnes cogitationes Nostras, curasque contulimus, ut offusa piissimo Principi nebula discutiatur, et non eo ille se pervenisse intelligat, quo ejus pietas intendit, sed eo venisse, unde optima ejus voluntas semper studuit quam longissime deflectere. Neque enim existimandum in animo illum habuisse, pactiones olim a gloriosæ memoriæ Philippo Rege Patre suo cum Apostolica Sede factas evertere, neque itidem re-

Novas pragmaticas, Pontificias sanctiones ad publicum examen revocantes, Religionis eversivas esse demonstrat.

ligiosissimo Regi mentem fuisse Romanæ Cathedræ traditam a Christo Domino potestatem adimere. Quæ quidem omnia tibi per sua litteras Ven. Frater Lazarus Opitius Archiepiscopus Neupacti, vel coram, si quando vestrum alteruter alterum conveniat, apertius, et uberius exponet.

Ab Hispalensi Episcopo postulat, ut Catholicum Regem a pravitate amoveat consiliis, ejque rectam viam ostendat.

Quamobrem a te vehementer petimus tuam opem, et quidquid in hac re potes, ea re volumus adhibere, ut piissimus Princeps tantummodo videat quo sit progressus. Quod si operam tuam in hac re posneris (pones autem, ut confidimus, diligentissimam) caliginemque Religiosissimi Principis animo, piisque Viris, quos ille in consilium adhibuit, ab hominibus S. huic Sedi infensis oblatam discussers, illi officio satisfacies, quod ob amplissimam, quam geris dignitatem a te proprio quodam jure Romana requirit Ecclesia, et tuæ in Regem fidei præclarum testimonium exhibebis, qui ab æternæ salutis discrimine studueris illum retrahere; tum hac cohortatione Nostra te permotum esse ostendes; qua quidem devotionis, et obsequii erga Nos tui significatione, nihil Nobis potest esse jucundius, nihil ad leniendam ægritudinem, quam ex tanto Apostolicæ Sedi imposito vulnere suscepimus, accommodatius. Quidquid autem egeris, Deum enixe precamur, efficacissimum ut sit, quo id, quod volumus consequamur. Tibique dilecte Fili Noster, eximiæ, præcipuæque erga te benevolentia Nostræ pignus Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Januarij MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXIII.

Dat diem 5. Jan. 1763. Ann. V.

Indiarum Patriarchæ de eodem argumento perscribit.

Dilecto Filio Nostro Bonaventuræ
a S. Carolo S. R. E. Præsbitero
Card. de la Cerda Indiarum
Patriarchæ

Clemens PP. XIII.

Dilecte Filii Noster salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **B**inas a carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico ante hos aliquod menses Pragmaticas editas esse, scire te, et quid earum quæque prescribat, satis cognitum habere non dubitamus. Videris jam pactiones, quas gloriosæ Mem: Philippus Rex ejusdem Caroli Regis inclitus Pater, cum hac Apostolica Sede fecit, omnino sublatas esse, et eversas. Videris e Suprema Cathedra Romanum Pontificem quodammodo deturbatum, eique Magisterium, quod a Christo Domino in universam accepit Ecclesiam, ademptum. Sed unde tantum Nobis Turbarum concitum sit, et quantum Romanæ Sedis hostes materiam ad flammam contulerint, fortasse ignoras. Id vero tibi exponet Venerabilis Frater Lazarus Opitius Archiepiscopus Naupacti, Noster apud memoratum Carolum Regem, Apostolicus Nuncius.

Novissima pragmatica vel pactiones inter Hispanicos Reges et Apostolicam sedem evertunt.

§. 2. Profecto indignaberis, Catholicæ veritatis, et Apostolicæ Sedis hostes eo venisse temeritatis, ut religiosissimo Rege, ejusque piissimis Consiliariis abuti sint ausi, ad suum ulciscendum dolorem, quem ex Apostolica Nostra fortitudine susceperunt. Te vero, dilecte Fili Noster, nunc maxime oportet illius muneris esse memorem, quod ab amplissima, quam geris, dignitate tibi est injunctum. Vix alia amplior aut idonea magis se obtulerit occasio, qua flagrantissimum zelum tuum pro tuenda Romanæ Cathedræ auctoritate, seu, quod idem est pro defendenda Catholica Religione, tuamque tum in Nos, tum in piissimum Regem devotionem declarare possis et fidem.

Cur Religiosi adversantes tanta contra Apostolicam potestatem sint moliti.

§. 3. Quantum igitur vales industria, dexteritate, auctoritate, et gratia (vales autem plurimum) id omne ad hanc extinguendam flammam volu-

Indiarum Patriarcham obsecrat ut zelum, et doctrinam suam conferat ad in-

pias novalio-
nes removend-
das.

mus te conferre, teque in Domino obsecramus, ne ab hoc negotio oculos unquam dejicias, sed ad omnem adjuvandæ hujus causæ occasionem intentus, quicumque tibi subinde patuerit aditus, strenue illum occupes, ut inde ad Regis pietatem simplex, nudaque veritas rerum perveniat, cujus primo aspectu, non dubitamus, quin optimus Princeps nihil eorum passurus sit, quæ a pactionibus factis cum Philippo Rege Patre sunt alienissima, et abhorrent ab ea devotione, et obsequio, quod huic Beati Petri sanctissimæ Sedî semper exhibuit, nec cum ea, quam in hac ipsa re declarare in animo habuit, de Romano Pontifice benemerendi voluntate, consentiunt. Quod futurum equidem confidimus Dei misericordia freti, qui bene ut rem geras, tuam dilecte fili Noster, sue numine adjuvabit virtutem, Regisque animum illuc permovebit, unde æternam hauriat salutem, summamque apud omnes, quotquot sunt Catholici nominis, consequatur laudem, et gloriam. Quæ denique tibi in adeo piam curam sedulo incumbenti asidua sit comes, Apostolicam dilectioni tuæ benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ die xv. Januarij MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.



CCCXXXIV.

Dat. die 21 Jan.
1763. Ann. V.

Capitulo, et Canonicis Hildesiensibus gratulatur quod remotis obstaculis, et impedimentis pro novi Episcopi electione, viduatam Ecclesiam Pastore providere præniserint, eosque hortatur, ut talem elegant Episcopum, qui Hildesiensi Ecclesiæ fructus ferat uberrimos.

Jam per alias Epistolas diei 16. Maii 1761 relatas a nobis hoc Tom. II. Num. CCXXII. pag. 119. huic Capitulo suam sollicitudinem significavit Pontifex ad arcenda impedimenta quæ liberæ electioni Antistitis opponerentur; et iis permanentibus impedimentis, tempus ad canonicam explendam electionem prorogavit, successivis Literis diei 19 Oct. eiusdem Anni relatis supra Num. CCLVI. pag. 210.

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis Hildesiensibus,

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem,
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **M**agnam Nobis voluptatem attulerunt Literæ vestræ die 5. Mensis hujus ad Nos datæ, quibus amota esse renunciatis quæcumque Hildesiensis Episcopi electionem, val impediebant, vel morabantur. Deo igitur gratulamur, quod hanc vobis tandem præbuerit occasionem, qua vestra quæ sit religio, quæ prudentia, vestrumque Divini honoris, et cultus animarumque sanctificandarum studium possitis omnibus palam facere. Pietatem vero vestram vehementer amamus, et laudavimus, quod a Deo Patre luminum operam implorandum esse censuistis qui divina luce sua, vestros animos tangat, ut in optimi Episcopi electionem, pacate, et communi omnium consensione conveniatis. Illud, et Nos impensissimis precibus flagitamus, ut exoratus, vobis præsens suo numine adsit, ut cum Episcopum eligatis, cujus Episcopales virtutes Hildesiensi Ecclesiæ fructus ferat uberrimos, et testimonium peribeant, vel nihil in hac re spectasse, quam quod in rem istius Ecclesiæ futurum esse censuistis. Denique Apostolicam benedictionem, vestrorum consiliorum ducem, et op-

timæ electionis auspiciem vobis peramantem impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die xxii. Jan. 1763. Pont. Nostri Anno V.

Dat. die 22. Jan.
1763. Ann. V.

CCCXXXV.

Cum Duce atque Veneta Republica graviter condolet de Schismatico Episcopo Græci Ritus in Ecclesia S. Georgei intruso, monetque ut statim eiiciatur ad majores scandalos vitandos.

Monuerat iam Pontifex Venetam Republicam per alias suas Literas diei 27 Februarii superioris anni relatas hoc Tom. II. Num. CCLXVII. pag. 224 ne sineret reprobendam persistere electionem Schismatici viri factam a Græcis Catholicis pro regenda Ecclesia S. Georgei.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci,
et Reipublicæ Venetiarum.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii Nobiles Viri salutem,
et Apostolicam benedictionem.

Precedentes
Litteras, de hoc
intruso Episcopo
Reipublicæ
prescriptas
commemorat.

§. 1. Ubi primum allatum est Nobis factam a Senatu Vestro Græcis isthic commorantibus potestatem eligendi aliquem in Episcopum, eosque Sacerdotem quemdam nomine Facea, qui Sacros Ordines in Schismate susceperat, futurum Episcopum designasse, zelo Domus Dei vehementer exarsimus, atque ea, qua erga istam Patriam Nostram, ejusque clarissimos Cives incendimur charitate, commoti, cum dilecto Filio Nobili Viro Equite Hieronymo Ascanio Justiniano, vestro apud Nos, et Apostolicam Sedem Oratore, graviter ea de re conquesti sumus, et Senatui etiam literas dedimus, quibus palam fecimus, quanta Nos coeperit admiratio, cum vestram Republicam videremus ab ea sententia descivisse, in qua nullo non tempore Majores vestri constantissime permanserunt.

Quanta semper
fuerit Venetorum
Magistratum
sedulitas, ut in
Ecclesia Sancti
Georgei Catholica
puritas
servaretur.

§. 2. Illi enim in Ecclesia S. Georgei, quæ in inclyta vestra Venetiarum Urbe, Pontificia auctoritate fuit erecta, subjectaque immediate Apostolicæ Sedi, puritatem Catholicæ Fidei servari voluerunt semper incolumem, et necessariam cum Ecclesia Romana communionem retineri; eandemque Ecclesiam

a Catholicis Cappellanis gubernari, quos vel Apostolicus Nuncius, vel Patriarcha Venetiarum ad normam originariæ foundationis, ut Catholicos probavisset; quod tum ex vetustioribus decretis Anno MDXXXIV et MDXLII tum ex recentioribus a Senatu vestro editis anno MDCCXX et MDCCXXI luculentissime apparet. Ad has literas Nostras responsam quidem tulimus die XXVII Martii superioris anni, in quo non omnino pastoralis sollicitudo Nostra potuit conquiescere, illud enim maxime desiderabamus, ut confestim omne periculum amoveretur, in quo Catholicam Ecclesiam versari videbamus, ne in eam Episcopus Schismaticus sese intruderet. Sed tamen non nihil animo Nostro tranquillitatis attulit data Nobis Senatus nomine fides, nunquam fore ut a Majorum suorum sententia recederet, tum etiam ipsius, quem Græci Episcopum elegerant, agendi ratio, qui postquam suscepto prætensæ consecrationis munere, Venetias rediit, nullam unquam Episcopalem jurisdictionem in Græcos sibi usurpaverat. Ea igitur spe Nobis injecta, falso huic Pastori a Senatus religione, et fide cohibito nunquam futuram in Jesu Christi Ovile introgendi copiam, ut veneno suo illius Gregis Oves inficeret, patienter opportunum tempus expectandum existimavimus, dum validiora, et Reipublicæ vestræ rationibus apta adhiberi possent remedia, quæ omnino illi malo mederentur, quod in Ecclesiam Sancti Georgei eorum culpa, et dubia fide invexerat, qui eam regunt, et moderantur.

§. 3. Verum nullum amplius silentio Nostro relictum esse locum perspicimus, ac diutius si taceremus Summi Apostolatus a Christo Domino Nobis commissi proditores ipsi Nobis esse videremur. Ipsam quoque Patriam, quæ Nobis carissima est, deserere, et proderè existimaremur, si ab ejus gloriosissimis Civibus excitandis abstineremus, ut ejusmodi scandalum de medio tollant, quo tanta Veneto nomini macula inuratur, et Senatus Religioni haud ita levis imponatur ignominia si populus, Schismaticum hominem videat Episcopum media in urbe Venetiarum, et in Catholicorum Ecclesia inter Græcos Reipublicæ subjectos, sese jactare cum Episcopalibus insignibus, et eos, quos falso sibi subditos esse existimat, suo parere velit imperio: Quod spectaculum Nobilitatum vestrarum oculis, et omni Ve-

Queritur
quod intrusus
hic Schismaticus
Episcopus
sacris sese
immiscuerit, et
publice Episcopalibus
insignibus sit usus
in Ecclesia
S. Georgei.

netorum populo audax ille Præbyter Facea superioribus diebus objecit. Episcopalis enim indutus insignibus, solemniter, et magna cum pompa ad Ecclesiam S. Georgii se contulit; in Episcopali Cathedra assedit; Clero et Populo benedictionem impertit; sacris functionibus præfuit, ejusque præsentia, polluta est sacri illius Templi sanctitas, et in crimen adducta eorum pietas, et religio, qui cum eo in divinis communicaverant. Ita ne vero Senatus tantam abominationem ferendam existimaverit? An non in ejus animo flagrans retinendæ Orthodoxæ Fidei studium, conscientiam illi momorderit? Quemquam ne esse Venetiis, qui Schismati studeat? et in summi Dei Templo profanum Altare Baal locatum non illibenter videat?

Reipublica moderatores hortatur ut tam turpe scandalum removeant.

§. 4. Vestrum profecto est, dilecti Filii, Nobiles Viri, tantum, tamque turpe scandalum amoliri, et occasionem omnem offensionis Catholicis Græcis imposterum amovere. Vel enim gravissima se culpa obstringent, si cum Episcopo Schismatico in Divinis communicent, vel ab Ecclesia, ubi ille sacris operetur, debebunt quam longissime abesse. Neque vos, dilecti Filii Nobiles Viri, in errorem adducat jaetata superiorum temporum consuetudo. Probe enim nostis, semper adversus eam consuetudinem reclamasse Apostolicam Sedem; nostis quanta subinde scandala extitere, quibus Senatus commotus, veteres leges gravioribus decretis in pristinum revocavit. Venetiis igitur, Urbe, religione, veræque pietatis studio inclyta, Schisma in Ecclesia Sancti Georgii exultare, et hæresim propemodum triumphare nullo modo ferre possumus. Si qua vero ratio sit, qua inter Græcos charitas, et pax constabilliri posse videatur, Nobisque dare demonstretur mala, quæ modo urgent, et quibus tandem remediis sanari possint, Nos eadem remedia ut adhibeantur enixe operam dabimus, modo tamen Catholica communio servetur incolumis, longe absit schisma, et Facea Schismaticus homo, et in Schisma a Schismaticis Præbyter ordinatus, et ab ea obedientia, quæ debetur Romano Pontifici alienissimus, et erroribus hæresibusque Græcorum fœde imbutus longissime ab Ecclesia arceatur.

Mittatur Pontifex supremæ auctoritatis exercitium, ne Catholicis Græcis Pseudo-

§. 5. Alioquin auctoritas, quam a Christo Domino accepimus, ut Christiani Gregis Oves ab ingrumentibus lupis tueamur, adhibenda tandem Nobis erit, et Catholicis Græcis cogemur edi-

tere, ne in divinis cum sæpe memorato Pseudo-Episcopo Facea communicent, si Schismatis nolint principes fieri, et a Catholica Religione se jungi. Verum ipsi vos, dilecti Filii Nobiles Viri, ad hoc malum sanandum manum admoveatis oportet. Vestra laus semper fuit prudentiæ, sapientiæque summa, et præcipua; nec dubitandum, si modo hujus Virtutis nervus intendatis, quin rationem reperiatis Reipublicæ liberandæ ex iis incommodis, quæ a Græcis, non illis quidem Catholicis, Ecclesiæque simul, et Reipublicæ fidelissimis, sed a Schismaticis, et nullius fidei hominibus illi evenere, et satis faciendi veræ pietatis officio, cui profecto deesse videamini, nisi tantam inclytæ Reipublicæ vestræ hærentem labem, et maculam eluatis. Quam quidem vos prope diem abstersuros in Domino confidimus, vestra potissimum freti Religione, et Sapientia; vestrasque Nobilitates obtestamur, et obsecramus, ut ab hoc gravissimo Negotio oculos ne deiciatis, dum fœdum vulnus hujusmodi omnino sanetur, et cicatrix illi solide obducatur; ne forte dum consanuisse videatur, imposterum recrudescat. Denique Nobilitatibus vestris, quas eximie charitatis paterno quodam sensu complectimur, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ etc. die 22 Januarii 1763, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Episcopo ultorius communicent.

CCCXXXVI.

Dat. die 9. Feb. 1763. Ann. V.

Alepeni Episcopo per has Literas Pontifex significat, severe jussisse ne Missionarii ad eas regiones missi, eundem in Episcopali dignitate turbare queat.

Venerabili Fratri Arsenio
Archiepiscopo Alepeni

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater
salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Nihil Fraternalitatis tuæ literis religiosius magisque pium, et sanctæ huic Apostolicæ Sedi, Nobisque obsequentius. Quamobrem dum eas legere, superabundavimus gaudio, illud cogitantes tam bonum, tam vigilem, tamque fidelem ad istam Domini Gregis partem excubare Pastorem, et Ca-

Alepenis Episcopi vigilantiam, et zelum comendat pro rebus Religionis gerendis.

tholicæ Fidei hostium modo sagacitate, et prudentia sua vitare insidias, modo alacritate animi, et Episcopali strenuitate apertum impetum propulsare. Hunc tuum Orthodoxæ Religionis defendendæ ardorem, et studium, Apostolicis omnibus Nostris officiis alendum censemus, et sustentandum, nec unquam patiemur tuo Nostræ opis desiderio restingui.

Significat ac mandasse ne Missionarii audeant Episcopum in sua auctoritate deturbari.

§. 2. Itaque ne qua imposterum nova inter vos oriatur discordia, et quæ causæ dissensionum inter Vos et dissidiorum inveterarunt, penitus revellantur, Sacram Congregationem de Propaganda Fide Apostolica mandata gravissimis verbis jussimus renovare, ne Missionarii deinceps quidquam audeant, quod tuam minuant auctoritatem, de qua Sancta hæc Apostolica Sedes per facultates Missionariis traditas nihil unquam voluit esse detractum. Tu vero Veni; Frater impigre, ut facis Ministerium tuum imple, neque difficultatibus deterreare, quas Episcopali labori tuo offerunt homines, ut existimamus, minime mali, sed nimio studio satisfaciendi officio suo, multa, quæ non oportet, suum ad arbitrium revocantes. Hos in Agro Dominico excolendo tecum strenue collaborantes patienter feras oportet, si quando nimium sibi tribuere videantur, nec omnia velis redacta semper ad acerrimam normam. Charitas patiens est, non æmulari. Neque verò eo hæc dicimus, quasi pati velimus, Missionarios facultatum suarum fines transilire, intra quos omnino eos coerceri volumus, et mandavimus; sed ut intelligas hominum vel cupiditates, vel intemperantiora studia, melius patientia, lenitate, et æquitate animi reprimi solere. Querelas vero tuas ad Nos te detulisse probamus, earumque causas amoveri omnino curabimus. Eximia erga te beneyolentiæ Nostræ pignus Apostolicam benedictionem Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ etc. die ix. Februarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXXXVII.

Dat. die 8. Mart.
1765 Ann. V.

Prævia revocatione Litterarum Bonifacii IX. Anni 1397. Ecclesia S. Petri in Arce Viscehradensi Regni Bohemiæ Archiepiscopo Pragensi denuo subijcitur.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Apostolicæ benignitatis, justitiæque ratio exigit, ut ad lites amputandas, ea, quæ alias ab Apostolica hac S. Sede quomodolibet provide concessa, ac bene ordinata noscuntur, si quid super ipsis deinceps dubitationis emergerit, apertis dilucidisque verbis explicentur. Nuper pro parte Venerabilis Fratris Joannis Maurilii Archiepiscopi Pragensis Nobis exposito quod secularis Collegiataque Ecclesia S. Petri, quæ in Arce Viscehradensi prope Pragam, ut asseritur, Anno MLXVIII. fundata est a clar. mem. Wratslay, dum vixit, Bohemiæ Rege Illustri, fuerat variis privilegiis decorata in limine foundationis a fel. rec. Alexandro II., ac deinceps a Lucio idem II. Innocentio IV., et Urbano V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, postmodum vero rec. me. Bonifacius PP. IX. Prædecessor pariter Noster octavo Idus Aprilis Anno millesimo trecentesimo nonagesimo septimo Pontificatus sui Anno octavo, eandem Ecclesiam cum Arce et membris separaverat, et avulserat a Diœcesi, et Provincia Pragensi, et huic S. Sedi immediate subjecerat in statu nullius Diœcesis, tributa tunc, et pro tempore existentibus Capitulo et Canonicis ipsius Ecclesiæ, jurisdictione in Clerum et Populum, exercenda ab illius pro tempore existentibus Præposito in temporalibus, Decano vero in spiritualibus, juxta tenorem quarundam Litterarum quas initio hujus sæculi typis edidit quondam Joannes Florianus ejusdem Ecclesiæ Canonicus in libro, cujus titulus = Gloria et Majestas Ecclesiæ exemptæ, et nullius Diœcesis Viscehradensis =. Nihilominus suæ ordinariæ jurisdictioni existimans idem Joannes Mauritius Archiepiscopus dictam Ecclesiam subjectam esse, Anno MDGCLIX. dictum Capitulum in jus vocaverat coram tunc existente Camera Nostræ Apostolicæ Auditore Generali, ut Capitulo et Canonicis hujusmo-

Exponitur controversia inter Collegiatam Ecclesiam S. Petri, et Archiepiscopum Pragensem.

di silentium imponeretur super jactata exemptione; sed litem idem Capitulum suscipere recusavit prætextu asserti privilegii de causis non avocandis extra Regnum Bohemiæ.

Precas porre-
ctæ pro parte
Archiepiscopi
Pragensis ad
tales dirimen-
das controver-
sias.

§. 2. Quare idem Joannes Mauriti-
us Archiepiscopus summopere cupiens,
ut antiquæ hujusmodi controversiæ, et
veteri contentioni debitus tandem finis
imponeretur, quo melius ac liberius
præsenti Capituli, atque Ecclesiæ bono
regimini, ordini, ac dispositioni con-
sulerè posset, annuente etiam atque ap-
probante carissima in Christo Filia No-
stra Maria Theresia Hungariæ Apostolica,
et Bohemiæ Regina Illustri, Nobis hu-
militer supplicari fecit, ut sine forma
judicii, et formalis juris processu, de
benignitate Apostolica dignaremur decla-
rare = *An Bonifacii prædecessoris præ-
dicti indultum, a quo jactata exemptionem
repetit dictum Capitulum dudum
fuerit revocatum.*

Pontifex ex-
quirit votum
Congregatio-
nis Concilii
Tridentini, de-
indeque ejus-
dem judicio
controversiæ
examen sup-
ponit.

§. 3. Nobis autem primum placuit
eâ de re votum Congregationis Vene-
rabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.
Cardinalium Concilii Tridentini inter-
pretum, per Nostrum rescriptum ex-
quirere, et subiinde tum de Nostro re-
scripto, tum de ejusdem Mariæ Theresiæ
Reginæ voluntate, dilectus etiam
filius modernus Cancellarius Archiepi-
scopalis Metropolitanæ Ecclesiæ Pragen-
sis certiores reddidit, dilectos itidem
filios modernos Præpositum, Decanum,
et Capitulum primodiectæ Ecclesiæ Vi-
schehradensis. Delata autem hujusmodi
causæ cognitione ad memoratam Car-
dinalium Congregationem, ipse Joannes
Mauritius Archiepiscopus, suas ratio-
nes, et jura per suos defensores expo-
ni facere curavit, et inter cætera, quod
præfatum ipsius Bonifacii prædecesso-
ris indultum fuit revocatum, nullum,
ac irritum redditum, et effectum per
aliam Constitutionem, seu alias Lite-
ras ejusdemmet Bonifacii prædecessoris
sub plumbo XI. Kal. Januarii anno 1402,
Pontificatus sui anno XIV expeditas,
quarum initium est = *Intenta salutis ope-
ribus* = per quas dictus Bonifacius præ-
decessor revocatis quibuscumque unioni-
bus, aliisque gratis ad importunam pe-
tentium instantiam concessis, inter alia
in hæc verba prosequitur = *Item revo-
camus, et annullamus omnes exemptiones
perpetuas per Nos factas, quibus-
cumque Monasteriis, vel Ecclesiis, aut
Capitulis, vel Prælatiis, aut Conventi-
bus quorumcumque Ordinum, sive Re-
ligionum, et Sæcularium Ecclesiarum
Cathedralium, vel Collegiatarum, Uni-*

*versitatibus quorumlibet Castrorum, Ter-
rarum, et Villarum, et Literas Nostras
super illis confectas, decernimus esse
irritas, et inanes, nulliusque roboris,
et momenti.*

§. 4. Proposito itaque Dubio = *An
Bulla Bonifacii IX. concedens exem-
ptionem Capitulo Viscchradensi sit revo-
cata in casu etc.* die XX. Novembris an-
no MDCCCLXII. prædicti memoratæ Con-
gregationis Cardinales consueverunt = *Re-
vocatam fuisse* = Factaque Nobis de
omnibus per Venerabilem Fratrem Jo-
sephum Archiepiscopum Petrensem ejus-
dem Cardinalium Congregationis Secre-
tarium relatione.

Sacra Congre-
gatio declarat
privilegia a
Bonifacio IX.
concessa fuisse
revocata.

§. 5. Nos omoibus mature perpen-
sis, et consideratis tam sententia, seu
voto prædictæ Congregationis Cardina-
lium tam omnibus, tam juris, quam
facti coram eadem Congregatione per
ipsum Joannem Mauritium Archiepi-
scopum, seu ejus defensores deductis,
quascumque controversiæ, et dissentionis
causas, et occasiones amputare, et
ejusdem Mariæ Theresiæ Reginæ volun-
tati, et justis desideriis quantum in Do-
mino possumus obsecundare volentes, hi-
sce Nostris in perpetuum valituris Li-
teris, voto prædictorum Cardinalium
Concilii Tridentini Interpretum inheren-
tes, declarando pronunciamus, et pro-
nuociando declaramus, indultum exem-
ptionis, et respectivæ jurisdictionis in
Clerum, et Populum concessum Capitu-
lo, et Canonicis Ecclesiæ Viscchraden-
sis a memorato Bonifacio IX. prædeces-
sore Nostro, ejusque literas editas VIII.
idus Aprilis MCCCCLXXXVII. fuisse
per alias posteriores ejusdem Bonifacii
prædecessoris literas sub datum XXII.
Decembris MCDII, revocatas, ac de me-
dio sublatas, nullas, ac irritas redditas,
omniq; effectu, ac vigore juris, et fac-
ti privatas, perinde ac si nunquam de
Apostolica auctoritate emanassent.

Pontifex su-
præfatum Sa-
cræ Congrega-
tionis resolu-
tionem confir-
mat, et ap-
probat.

§. 6. Decernentes, easdem præsen-
tes literas semper firmas, validas, et
efficaces existere, et fore, suosque ple-
narios, et integros effectus sortiri, et
obtinere, ac illis, ad quos spectat, et
pro tempore quoadcumque spectabit in
futurum plenissime suffragari, et ab eis
inviolabiliter observari; sicque in præ-
missis per quoscumque Judices ordina-
rios, et delegatos etiam causarum Pa-
latii Apostolici Auditores, ac S. R. E.
prædictæ Cardinales etiam de Latere
Legatos, et Apostolicæ Sedis Nuncios,
sublata eis, et eorum cuilibet quavis
aliter judicandi, et interpretandi facul-
tate, et auctoritate judicari, et defini-

Clausula su-
blata, et de-
cretum irri-
tans.

ri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, dictis ejusdem Bonifacii prædecessoris literis MCCCCLXXXVII. expeditis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die octava Martii Millesimo Septingentesimo, Sexagesimo Tertio, Pontificatus Nostri Anno Quinto.



CCCXXXVIII.

Dat. die 12 Martii 1763. An. V.

Congregationi Generali Ordinis Monachorum S. Benedicti Montis Virginis facultates conceduntur approbandi in proximis celebrandis Comitibus reformationes nonnullas, et statuendi privilegia ad fovorem Ex Generalium Ordinis prædicti.

Constitutio diei 23. Aprilis 1762. hujus Pontificis, de qua hic sermo est, quoad confirmationem privilegiorum Congregationis Benedictinæ Montis Virginis relata superius est hoc Tomo II. sub. Num. CCLXXVI. pagin. 234. Plura quoad hanc Congregationem statuit Julius II. Constit. Anni 1503. Nov. 22. De Diffinitorum electione, eorumque vacatione ab Officio, ac de auctoritate Dietæ circa dispositiones Abbatum, eorum mutationes, ac de electione eorum, qui Decanatus munere digni sint, statuit Urbanus VIII. Constit. Anni 1628. Maii 4. quoad usum Baldachini, et Ministrorum, ac aliarum ceremoniarum pro Abbatibus hujus Congregationis habetur prælaudati Pontificis Constit. Anni 1629. Julii 11. quæ relata sunt in Bullario Mainardii.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Sacrosancti Apostolatus officium humilitati Nostræ per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo meritum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi, adjuvante Domino jugiter satagentes, ad ea, per quæ felici, prosperoque Religiosorum virorum, sub laudabili vitæ Monasticæ instituto, Divinis obsequiis mancipatorum regimini, et gubernio, illorumque tranquillitati, ac ipsorum Ordinum, Congregationumque, et illarum familiarum incremento consulitur, libenter intendimus, munerisque Nostri pastoralis partes propenso desuper studio interponimus, sicut Nos locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensatis, ad Omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Premium

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nicolaus Maria Letitia Abbas Generalis, ac Mattheus Jacutius Abbas Procurator Generalis Monachorum Ordinis Sancti Be-

Referuntur incommoda quæ modo obveniunt ex gubernali regimine temporali, et spirituali.

II. Abbatum Generalium.

nedicti Congregationis Montis Virginis quod per constitutiones ipsius Congregationis, auctoritate Apostolica confirmatas, gubernale regimen, sive gubernium tam spirituale, quam temporale sive ipsius Congregationis, vel terrarum, locorum, et oppidorum ad dictam Congregationem spectantium et pertinentium, et ab illa dependentium, in quibus Abbas Generalis pro tempore existens jurisdictionem temporalem tanquam Dominus, et quasi Episcopalem cum qualitate Nullius, tanquam Ordinarius Diœcesis Montis Virginis, Apostolicæ huic Sanctæ Sedi immediate subiectæ, in dictis terris, oppidis, et locis, ac in subditos in illis pro tempore existentes exercet, ac particulare, et omnino separatum territorium ab Archiepiscopis, et Episcopis vicinioribus independentem, juxta exemptiones, ac privilegia a quamplurimis Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris concessa, et a rec. me. Clemente Papa XII. prædecessore itidem Nostro confirmata, et innovata, et ampliata per suas sub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXII. pridie Idus Maii Pontificatus sui anno secundo expeditas literas, quas quidem exemptiones, et privilegia cum Diœcesi, et Territorio separato etiam Nos per Nostras in simili forma Brevis die xxx. Aprilis MDCCCLXII. expeditas literas confirmavimus, seu de novo concessimus, et innovavimus, habet, dicto Abbati Generali demandatum reperitur, ex quo sæpe fieri contigit, ut dilecti quoque filii, universitates, et homines terrarum, oppidorum, et locorum temporalis jurisdictionis prædictæ, ac Congregatio ipsa assiduis fere immutationibus, et renovationibus jussionum, ordinationum, et stabilimentorum, quia quæ ab uno Abbate Generali pro tempore factæ fuerunt, ab aliis Abbatibus Generalibus inde Successoribus aliæ quando-cunque illis adversantes publicantur, seu statuuntur, obnoxij existant, immutationesque, ac innovationes hujusmodi magno cum eorum detrimento experiantur; eaque de causa interdum accidit, ut Abbates Generales pro tempore existentes eas ordinationes, et mandata ad Divinum cultum magis magisque adaugendam Regularem, Monasticamque, et Ecclesiasticam Disciplinam confirmandam, instaurandamque, sive iuducenda necessaria pro majori spirituali, et temporali Monachorum, et subditorum prædictorum ratione jurisdictionis temporalis prædictæ magis con-

sentanea, et juxta regionem accomodata sumere, et constituere forsitan omitant, timentes, ne absoluto ejus gubernio totum id ab ipso rite, et recte præscriptum ac executioni demandatum subinde vertatur, et destruat;

§. 3. Ac propterea non solum dicti exponentes, verum etiam dilecti quoque filii Abbates Diffinitores Generales, seu Diffinitorium Generale ejusdem Congregationis, præmissa omnia mature perpendentes, quo in dicta Congregatione, ac in dictis terris, locis, et oppidis firmum, stabile, et uniforme gubernium, et regimen semper subsistat, et servetur, ac jussiones, et mandata spirituale, et temporale, regimen, ac gubernium hujusmodi concernentia exequantur, consentaneum esse duxerunt pro spirituali, temporalique Congregationis prædictæ, et subditorum prædictorum regimine, et gubernio novas ordinationes statuere, et præscribere, quæ sunt tenoris sequentis, videlicet.

I. Ut Abbates Generales nunc, et pro tempore existentes dictæ Congregationis per Constitutiones prædictas præter, et ultra cætera omnia privilegia eisdem Abbatibus a Sede prædicta, et a Nobis illis concessa, quibus etiam frui, et gaudere debeant, remaneant Coabbates Generales, sive Congenerales, in regimine, et administratione memoratæ Congregationis, et tanquam socii Abbatis Generalis pro tempore existentis, et in officio Collegæ habeantur una cum Abbate Generali semper de novo electo, et eligendo, ac Diffinitorio Generali.

II. Ut in omnibus Capitulis, seu Dietis Diffinitorialibus cum Abbate Generali pro tempore existente, ac aliis Diffinitoribus Generalibus ad singula in dictis Capitulis, seu Dietis, aut Diffinitoriis tractanda tam pro electionibus Abbatum, et Priorum de novo eligendorum, aliorumque officialium, quam pro aliis ipsius Congregationis rebus, et negociis ad illam spectantibus, et pertinentibus, et tam Diffinitorialiter, quam alias pro tempore habendis jus habeant accedendi, et interessendi, et cum aliis decernendi, deliberandi, et definiendi, ac accedere, interesse, decernere, deliberare, ac definire possit, quæ per Diffinitorium Generale definienda veniunt, primumque locum in Capitulis, et Dietis præfatis habeant post Abbatem Generalem, primumque post dictum Abbatem Generalem votum, sive suffragium ferant sub pœna nullitatis omnium actorum, et gestorum in casu,

Ad quæ incommoda renovanda novas Ordinationes Diffinitorium Generale proponendas esse ducit.

Refertur tenor novarum Ordinationum.

quo dicti Abbates Congenerales, Socij, et Collegæ edicti, intimati, et certiores facti non fuerint de Capitulo, seu Dieta Diffinitoriali habenda, ac de re ibidem tractanda, prout Abbates Diffinitores Generales, seu Diffinitorium Generale pro tempore convocentur, et convocari solet; si vero dicti Abbates Congenerales, postquam de Diffinitoriali Capitulo, seu Dieta habenda, intimati, et certiores facti ad illam accedere nequiverint, aut noluerint, eo casu quidquid actum, et gestum, ac definitum fuerit in illius absentia, pœnæ nullitatis subjectum minime remaneat, nec subiaceat:

III. Ut si contingat plures esse eodem tempore Abbates Congenerales in Dietis, seu Capitulis hujusmodi, negotia dictæ Congregationis tractari, et definiri debeant, ac vota, sive suffragia paria cum Abbate Generali, Diffinitoribus Generalibus, et Abbatibus Congeneralibus existant, eaque de causa ejusmodi negotia minime definiri possint, eo casu Abbas Generalis duo suffragia habeat, et ferre possit:

IV. Quod licet per memoratas constitutiones præscriptum reperiatur, ut eveniente obitu pro tempore existentis Abbatis Generalis, seu ex illius persona quocumque modo vacante regimie, et gubernio Generali intra triennii prædicti spatium a celebratione ultimi Capituli Generalis computandum, tunc existens Abbas Decanus vulgo ut dicitur Monasterii Montis Virginis Majoris dictæ Congregationis, seu Prior Claustralis Monasterii prædicti regimen, et gubernium generale ipsius Congregationis nonnullis illi præscriptis facultatibus suscipere, gerere, et exercere debeat, usque ad celebrationem Capituli Generalis, nihilominus eveniente obitu prædicto, seu quacumque Generalatus vacatione, in locum dicti Abbatis Decani, aut Prioris Monasterii hujusmodi, Abbas Congeneralis antiquior in exercitio regiminis, et gubernii Abbatis Generalis, si plures fuerint Abbates Congenerales, regimen, et gubernium sic, ut præfertur, vacans, ac administrationem dictæ Congregationis tum spiritualem, tum temporalem tanquam Vicarius Generalis suscipiat, gerat, et expleat usque ad novum Capitulum Generale per eum indicendum, et convocandum eisdem modo, et forma per easdem Constitutiones demandata, ac eisdem dumtaxat facultatibus utatur, qua nteretur, et uti posset dictus Abbas Congeneralis tempore sui Vicariatus Generalis quidquid de actis,

et gestis per Abbates Generales, et Diffinitoria Generalia interea nec variare, nec mutare valeat, nullosque actus ex illis ad Abbatem Generalem spectantes exercere possit, et si secus fecerit, quidquid actum, et gestum fuerit, nullum sit eo ipso, et pro nullo habeatur.

V. Demum intuitu Religiosorum laborum per eos hactenus præstitorum, ut ipsi Abbates, et Congenerales absoluto officio, seu munere Abbatis Generalis unum memoratæ Congregationis Monasterium sibi benevisum, pro sua ordinaria residentia, sibi eligere, et in eo remanere possint, non obstantibus quibusdam rec: me: Urbani PP. VIII prædecessoris Nostri die iv Maii MDCXXIX expeditis literis, quibus facultas alias a a fel: mem: Gregorio Papa XV prædecessore pariter Nostro concessa eisdem Abbatibus Generalibus super electione Monasterii ab illis facienda, absoluto gubernio, revocata fuit, quas quateenus opus sit, ad hunc effectum cassamus, et annullamus, ac si propter ingravescentem ætatem, vel propter infirmitates, aliamve legitimam causam, regimen, et gubernium Monasterii sibi electum explere, et administrare nequiverint, vel noluerint, facultas ipsi tribuatur tres Monachos ejusdem Congregationis sibi benevisos, dummodo qualitatibus pro assequendo Prioratu prædicti sint, nominandi, quorum unus ex tribus nominatis a Diffinitorio Generali eligatur in Priorem Claustralem, qui Monasterii curam tum in spiritualibus, tum in temporalibus sub obedientia ejusdem Abbatis Congeneralis, et non aliter exercet, dictusque Prior interea omnibus prærogativis Prioribus gubernii concessis gaudere possit, et debeat.

§. 4. Quare memorati exponentes asserentes, novas ordinationes hujusmodi, si fiant, in majorem dictæ Congregationis cessuras esse utilitatem, Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur felici, prosperoque prædictæ Congregationis, quam ob illius Abbatum Generalium, et Alumnorum erga hanc Sanctam Sedem obsequium, et reverentiam, aliarumque suarum virtutum merita, speciali affectione semper prosequenti fuimus, et paternis complecti perimus affectibus, ac Nostræ, et Sedis prædictæ benignitatis argumenta eisdem Abbatibus Congeneralibus prævia concessione privilegii gestandi habitum Prælatitium, alia-

Proces portate pro approbatione reformationum.

Pontifex Abbatibus Congeneralibus præter usum habitum Prælatitii quo Abbates Generales fruuntur, titulum Prælati Domestici concessit.

que insignia Generalitia, quibus utuntur Abbates Generales in exercitio muneris, expleto eorum manere a Nobis facta, etiam addendum ducimus alium etiam honorem, et titulum di Monsignore, et Prælati Nostri Domestici, quo ex hujus Sedis beneficentia Abbates Generales pro tempore in exercitio muneris gaudent, quo etiam Abbates Congenerales in posterum uti, habere possint.

Facultas impeditur omnibus Vocalibus ad futura Comitia generalia necessarius approbandi supra relatas reformat ones per du s ex tribus suffragiorum partes.

§. 6. Et subditorum prædictorum regimini, et gubernatio salubriter prospectum esse cupientes, dictosque Exponentes, et Diffinitorium Generale hujusmodi, amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pænis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, et singulis memoratæ Congregationis Montis Virginis Vocalibus ad Capitulum Generale tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi currentis anni habendum, celebrandumque de jure, et consuetudine accessuris, quos omnes ab iis, ad quos spectat, vocare, et intimare mandamus, quibus supradictæ novæ ordinationes tractandæ, et definiendæ per dictum Nicolaum Mariam Abbatem Generalem, seu per Secretarium Capituli in actu ipsius Capituli prius notificentur, auctoritate Apostolica per præsentem committimus, et mandamus, ut facta prius de præmissis omnibus significatione, illisque per eos mature perpensis, si duabus ex tribus partibus suffragiorum per subscriptiones uniuscujusque Vocalis proprio caractere faciendas concurrentibus accesserit assensus; dictas novas ordinationes ad favorem moderni, et pro tempore existentium Abbatum Generalium absolutorum ejusdem Congregationis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, ac illas approbamus, et confirmamus, et inter acta Capitularia referendas, et deinceps observandas esse mandamus, ac ratas existere, et fore decernimus, et ordinamus, eorumque usum, commodum, et effectum eisdem moderno, et pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus absolutis, una cum aliis gratiis, privilegiis, et prærogativis, ac honoribus a Nobis concessis in perpetuum concedimus, et impertimur, ac assignamus.

§. 7. Decernentes eandem præsen-

tes Literas semper firmas validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac prædicti Urbani prædecessoris, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, ac Congregationis hujusmodi, et illius Provinciarum, aliisque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, novisque Constitutionibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Martii MDCCLXIII, Pontificatus Nostri Anno quinto.

Quæ reformationes si approbatae ut supra in Congregatione generali fuerint, eas Pontifex Apostolicus auctoritate confirmat, et observari mandat.



Dat. die 21.
Martii 1765.
Anno V.

CCCXXXIX.

Prævia confirmatione Constitutionum Alexandri IV, et Urbani IV. conceditur Abbatibus Generalibus Ordinis Monachorum S. Benedicti Congregationis Montis Virginis eadem jurisdictio in causis immunitatis Ecclesiasticæ contra facinorosos, qua polleat ex concessione Sedis Apostolicæ cæteri Episcopi, et Ordinarii.

Congregationem hanc approbavit Celestinus III. Constit. Anni 1197. Novemb. 11. Exemptiones, et immunitates Congregationis ejusdem confirmavit Urbanus IV. Const. An. 1265. Maii 14. Quæ ambo relatæ sunt in Bullario Mainardii. Constitutio Alexandri IV. Anni 1261. Idib. Aprilis de qua in præsentis sermo est non reperitur impressa in prædicto Bullario Mainardii. Quoad alia privilegia, et indulta hujus Congregationis vide Constitutionem a Nobis relatam sub numero præcedenti, et adnotationem eidem præmissam.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanum Pontificem fideliem dispensatorem a Deo super familiam suam constitutum, et si omnium Religiosorum Ordinum curam deceat habere, ac de felici eorum statu plurimum esse sollicitum, commissa tamen divinitus sibi Apostolici cura regiminis videtur exposcere, ut eos potissimum gratiis cumulet, et honoribus, qui acceptura semel pie, sancteque vivendi institutum, et traditam a Sanctis Fundatoribus regulam, et morum normam custödientes, tum cælestium rerum contemplationi, et orationibus vacant, tum jugi sacrarum literarum studio operam præstant, tum demum magnæ Christianæ Reipublicæ bono fructuosum in vinea Domini exhibent famulatum.

Monachos hujus Ordinis Isudibus commendat ejus fundatio Sancto Gulielmo tribuitur.

§. 2. Hinc est, quod Nos dirigentes Pontificæ mentis aciem ad uberes fructus, quos dilecti filii Monachi Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Montis Virginis ab ipsius Congregationis primordio militanti Ecclesiæ semper, et huc usque attulerant, et quotidie afferre pergunt, ac sedulo cogitantes, jacta a Sancto Gulielmo Fundatore in ipsa sua Congregatione regularis observantiæ, sanctæque institutionis se-

mina, fertili tanquam in agro, magno Christianæ perfectionis incremento in dies adolescere, atque ejusdem Sancti Institutoris Alumnos morum sanctitate, Monastica disciplina, sacrarumque literarum studio florentes, nedum præclarissimo Sancti Benedicti Ordini, verum etiam Catholicæ Ecclesiæ non parvo esse ornamento, facere nullo modo possumus, quin eandem Congregationem sincera in Domino charitate complectentes, novis Pontificæ beneficentiæ ornamentis prosequamur, per quæ status dicte Congregationis in agro Dominico divina dispositione plantatus, sublatis omnibus perturbationibus, ad Divini Nominis gloriam, et Catholicæ Fidei exaltationem conservetur, ac tranquillis foveatur eventibus et votivis proficiat incrementis.

§. 3. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Nicolaus Maria Leticia Abbas Generalis memoratæ Congregationis Montis Virginis, quod in Concordatis inter Apostolicam hanc Sanctam Sedem, et carissimum in Christo filium Nostrum Karolum nunc Hispaniarum Regem Catholicum, tunc utriusque Siciliae, et Hierusalem Regem Illustrem Anno MDCCXXXI. iustis inter cætera Cap. II. Immunità Locale §. VIII. hæc verba expressa reperiuntur = *Che sotto nome de' Vescovi, s' intendano i veri Vescovi, e non già i Prelati inferiori di qualunque specie, quantunque abbiano proprio, e separato Territorio, e Giurisdizione quasi Episcopale, dovendosi per tali luoghi esenti ricorrere o al Vescovo Diocesano, se il luogo è nella Diocesi, o pure al Viciniore, alla riserva bensì di quei Prelati inferiori, che avessero ottenuto, o che ottenessero dalla Santa Sede uno speciale indulto di procedere in queste cause d'immunità locale* =

§. 4. Et sicuti Congregatio Montis Virginis hujusmodi, seu illius Abbas Generalis pro tempore existens quam plurimis privilegiis gaudet, et fruitur, indultisque, gratiis, et exemptionibus prius a fel. rec. Alexandro Papa IV. prædecessore Nostro concessis, qui per quasdam suas sub Plumbo Idibus Aprilis Anno Incarnationis Dominicæ MCCLXI. expeditas Literas sancivit, Monasterium de Monte Virginis etc. ac alias Provincias, et Loca ei subdita ad jus, et proprietatem Romanæ Ecclesiæ in perpetuum pertinere, atque ab omni tam Ecclesiasticæ, quam Sæcularis personæ jugo ita omnino liberum manere decrevit, ut S. R. E. cum omnibus Ecclesiis, Provinciis, et locis illi subjectis subditum

Referuntur conventiones inter Apostolicam Sedem, et Regem Utriusque Siciliae quoad exercitium jurisdictionis in causis immunitatis Ecclesiasticæ.

Pluribus privilegiis dotati fuerant, Abbates Generales hujus ordinis, quoad exercitium jurisdictionale in causis immunitatis Ecclesiasticæ.

haberetur; et deinde a piæ mem: Urbano Papa IV. prædecessore itidem Nostro, qui post concessionem usus Pontificalium Anno MCCLXIII. Abbati pro tempore existenti Montis Virginis factam cum facultate conferendi Ordines Minores suis Subditis, concedendi Indulgentias quadraginta dierum, benedicendi Sacras Suppellectiles, cognoscendi causas Matrimoniales inter Vassallos locorum, in quibus habet spirituales, temporalemque jurisdictionem, alias dedit literas etiam sub plumbio Idibus Januarii MCCLXIV. per Consistorium expeditas, quibus privilegia ab ipso Alexandro prædecessore concessa confirmavit, ac principale Monasterium Sancte Mariæ Montis Virginis, nec non Ecclesias, et loca omnia illi subdita, et personas eorum ad instar ejusdem Alexandri prædecessoris ad jus, et proprietatem Sancti Petri, et prædictæ Sedis assumpsit, atque ab omni jurisdictione, et potestate, ac dominio quorumcumque Prælatorum, seu Ecclesiasticarum personarum cum omnibus locis, Ecclesiis, et locis suis de speciali gratia totaliter perpetuo exemit; ita quod, nec aliquis Prælati, seu quævis alia persona Ecclesiastica, ipsum Abbatem cum omnibus Ecclesiis, et locis suis ab omni Episcopali jure prorsus exemptum, vel eos, aut alios interdiceret, suspendere, aut excommunicare valeret, seu quocumque modo alias in prædictum Monasterium, Ecclesias, et loca illius omnia, et personam eorum jus aliquod habere, potestatem, et jurisdictionem aliquam exercere, et si contra facere præsumptum fuerit, esset irritum, et inane.

§. 5. Postmodum rec: me: Clemens Papa XII. prædecessor quoque Noster accepto, quod dicta Congregatio, seu illius pro tempore existens Abbas Generalis vigore indultorum, et privilegiorum ab Apostolica hac Sancta Sede illi concessorum inter cætera indulto gaudet utendi Mitra, Baculo, Annulo, cæterisque indumentis, et insigniis Pontificalibus, nec non Ecclesias, et paramenta Sacra, dictæque Congregationis Monachos in Abbates ad regimen, et gubernium Monasteriorum ipsius Congregationis de novo electos, ac jurisdictionem temporalem, ac spirituales, et quasi Episcopalem in Terris, seu Locis, et Oppidis Mercuriani, Hospitaliti, Vallis Torelli, Sancti Gulielmi de Guleto, Sancti Joannis Aquarite, Sancti Martini Terræ Novæ, Sancti Jacobi, et Fesulati, et Massæ, aliisque lo-

cis Nullius Diœcesis Montis Virginis, quorum Abbas Generalis prædictus Dominus in temporalibus etiam existit, exercendi, et particulare, ac separatim territorium habendi, Synodum convocandi, Examinatores in ea deputandi, nec non concursus pro Parochialibus Ecclesiis in terris, locis, et oppidis prædictis, et illorum territoriis, eventibus illarum vacationibus, indicendi, et habendi, nec non quæcumque beneficia pro tempore vacantia in Ecclesiis terrarum, oppidorum, et locorum prædictorum, et illorum respective territorium vacantia conferendi, ac suos subditos Clericali caractere insigniendi, eisdemque Minores Ordines conferendi, literasque Dimissoriales eisdem ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines concedendi, literasque Apostolicas exequendi, prævia præmissorum omnium confirmatione, tunc, et pro tempore existenti Abbati Generali ipsius Congregationis, ut indumentis Pontificalibus indutus, Sacramentum Confirmationis suis subditis prædictis, quocumque tempore ministrare, pro ut pro tempore existentes Montis Cassini, et Cavensis Monasteriorum respective Abbates ministrare soleat, posset, et valeret, perpetuo itidem concessit, et indulgit; quæ quidem privilegia, gratias, exemptiones, facultates, et indulta a dictis prædecessoribus Nostri, vel Monasterio principali Montis Virginis, vel Congregationi prædictæ, aut Abbati illius Generali pro tempore existenti, sive in genere, sive in specie hactenus concessa, juxta illarum tenores perpetuo etiam confirmavimus, et approbavimus, seu de novo concessimus, prout in Nostri die XXX. Aprilis MDCCLXII, et dictorum prædecessorum Nostrorum literis, quarum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius dicitur contineri.

§. 6. Quapropter, cum sicuti eadem expositio subjungebat, dictus Nicolaus Maria Abbas Generalis, qui ab immemorabili tempore juxta privilegia, indulta, et exemptiones ejusmodi ordinariam jurisdictionem, et quasi Episcopalem exercuerit, et adhuc exercent in clerum, et populum terrarum, oppidorum, et locorum Nullius Diœcesis Montis Virginis cum sola immediata subjectione Sedi Apostolicæ prædictæ, juxta tenorem literarum tam Alexandri, quam Urbani prædecessorum prædictorum, ita ut ab omni quavis ordinaria jurisdictione, correctione, visitatione,

Preces porrecte, pro extendendis Abbatibus Generalibus hujus Ordinis privilegia in causis immunitatis, quibus fruuntur ex Romana Sedis concessionem ceteri Ordinarii.

Que sane privilegia antiquissima a Nostri Pontificibus, et ab ipso Clemente XIII. alias confirmata fuere, et ampliata.

et auctoritate Episcoporum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, terrarum, loca, et oppida prædicta ad principale Monasterium Montis Virginis Nullius spectantia, et ab illo dependentia, exempta existant, et huiusmodi Sanctæ Sedis, Romanoque Pontifici reperiantur, et Congregatio ipsa multum detrimentum, tam quoad exemptiones illi concessas, quam quoad jurisdictionem quasi Episcopalem, si cognitio causarum immunitatis localis contra facinorosos, scelerosque viros refugium in Ecclesiis, locisque immunibus per dicta concordata admissis, et in casibus in illis comprehensis, ad dictam Diocesim Nullius Montis Virginis spectantibus petentes, ad Episcopos spectaret, ac propterea facultatem, qua Archiepiscopi, et Episcopi in causis Immunitatis localis in propriis Civitatibus, et Diocesisbus utuntur, sibi, et pro tempore Abbatibus Generalibus dictæ Congregationis per Nos concedi plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignoemur.

Pontifex Ab-
bati Generali
huius Ordinis
eamdem juris-
dictionem con-
cedit, et con-
firmat in cau-
sis immunitatis
Ecclesiasticæ,
qua ceteri alii
Episcopi, et
Ordinarij de-
nantur.

§. 7. Nos igitur vestigiis dictorum Alexandri, Urbani, Clementis, aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum inherentes, intuitu etiam vetustissimi, et toto Orbi celeberrimi Monasterii in cacumine Montis olim Cybetis, nunc Virginis nuncupati, in quo Abbas Generalis prædictæ Cathedralis Sedem habet, et dum ad illam a Palatio suo Abbatiali Lauretano nuncupato accedit, ac eundo per terras, seu loca eidem Monti confinia utriusque jurisdictionis suæ erectam Crucem preferre ex huius Sanctæ Sedis beneficentia possit, ad cuius Ecclesiam, præcelsæ Dei Genitricis Virginis Mariæ vocabulo specialiter insignitam, magnus Christifidelium undique concursus devotionis causa accedere solet, considerantesque, si Congregatio prædicta, et illius Abbas Generalis amplioribus honorificentis, et gratiarum titulis, et privilegiis ultra expressa, a Nobis, et Sede prædicta decoraretur, gratiæ, tituli, et privilegia huiusmodi in Divini cultus incrementum, in maximum ipsius Congregationis, et illius Abbatis Generalis congruum honorem, et subditorum illius non mediocrem commodum, ac spirituale solatium essent cessura, huiusmodi supplicationibus, inclinati, eidem moderno, et pro tempore existenti Abbati Generali ejusdem Congregationis Montis Virginis, ut

omnibus, et singulis facultatibus, quas fel. rec. Gregorius Papa XIV. prædecessor Noster in rebus ad Ecclesiasticam immunitatem spectantibus attribuit Episcopis, ita ut tam modernus, quam pro tempore existentes Abbates Generales memoratæ Congregationis Montis Virginis canonice electi, durante eorum gubernio eisdem facultatibus in causis ad immunitatem localem, in casibus in concordatis prædictis expressis, et juxta illorum tenorem, formam, et dispositionem contra facinorosos, scelerosque viros, in locis immunibus intra limites Nullius Diocesis Montis Virginis existentibus refugium petentes cognoscendis, et declarandis, quibus Episcopi uti solent, et possunt, pari modo, et absque ulla prorsus differentia, absque eo, quod Archiepiscopi, et Episcopi viciniore sese in præmissis ingerere, et quicumque id pretendere possint uti valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, plenamque Abbatibus Generalibus prædictis in præmissis causis, et casibus recognoscendis, declarandi, et definiendi facultatem tribuimus perpetuo, et impertimur.

§. 8. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Abbatibus Generalibus Congregationis huiusmodi prædictis plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Indices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et defini debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
ta, et decretum
irritum.

§. 9. Non obstantibus dicti Gregorii, et Benedicti XIII. Clementis XII., et Benedicti XIV. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, aliisve quibusvis etiam Ordinis prædicti juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis satutis et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima octava Martii Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nosri anno Quinto.

Derogatio con-
trariorum.

CCCXL.

Dat. die 21.
Martii 1765.
Anno V.

Locum inter Consultores Sacræ Congregationis Sacris Ritibus præpositæ perpetuo assignat pro altero ex Religiosis Ordinibus Fratrum S. Francisci de Paula Minimorum.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium

§. 1. Romanum Pontificem fidelem dispensatorem a Deo super familia sua constitutum, et si omnium Religiosorum Ordinum curam deceat habere, ac de felici eorum statu plurimum esse sollicitum; comissa tamen divinitus sibi Apostolici cura regiminis videtur exposcere, ut eos potissimum gratiis cumulet, et honoribus, qui acceptum semel pie, sancteque vivendi institutum, et traditam a Sanctis Fundatoribus regulam, et morum normam custodientes, tum cælestium rerum contemplationi, et orationibus vacant, tum jugi Sacrarum Literarum studio operam præstant, tum demum magnæ Christianæ Reipublicæ bono fructuosum in vinea Domini exhibent famulatum.

Laudes, et merita hujus Religiosi instituti in propagatione Orthodoxæ fidei.

§. 2. Hinc est, quod Nos dirigentes Pontificæ mentis aciem ad uberes fructus, quos dilecti filii Fratres Ordinis Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum ab ipsius primordio in agro Militantis Ecclesiæ in propagatione Religionis, et Fidei Orthodoxæ hactenus prodixerunt utiliter, et producant, ac in futurum fore producturos, indubitanter speramus; paternam charitatem prout etiam dum in minoribus essemus eos complectimur, dignum prorsus quoniam et debitum reputamus, Nos ad illa ad Summi Apostolatus apicem, meritis licet imparibus, divina favente clementia, assumpti, Nostros debere dirigere cogitatus, per quæ studiosorum dicti Ordinis Professorum commoditati consulitur, debitaque virtutibus præmia modo, et ipsi ferventius in illas incumbant, et alii eorum exemplo ad eas amplectendas magis excitentur, rependatur.

Etiam quantitates in Religiosis Ordinibus numeribus, et officiis perpetuis decorati fuerunt, quod in Ordinum ipsorum incrementum cessit.

§. 3. His sane, aliisque animam Nostram moventibus, atque etiam ex eo adducti, quod in hac Alma Urbe Nostra alia officia, et ministeria aliis nonnullorum Religiosorum Ordinum Alumnis ita addicta in perpetuum sunt, ut ministeria, et officia hujusmodi tamquam sibi debita vindicantes eorum-

dem Ordinum Superiores, quo laudabiliter obeantur optimum quemque suorum omni studio, atque cura conquirant, confidimus fore, ut in posterum quemadmodum hactenus, benedicens Domino, factum est, ex memorato Ordine eximii Viri habeantur, eo magis quod dilectus filius Noster Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Rezzonico nuncupatus, Noster secundum carnem ex germano fratre Nepos, memorati Ordinis apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem Protector sedulo exposuit Nobis, quod, si Ordo prædictus amplioribus honorificentia, et gratiarum titulis a Nobis, et Sede prædicta decoraretur, honorificentia, et gratia hujusmodi in Divini cultus incrementum, et maximum dicti Ordinis, illiusque Superiorum honorem, et Alumnorum spirituale solatium essent cessura.

§. 4. Nos sperantes, quod Minimorum Ordo quanto majoribus gratiis, et favoribus a Sede prædicta cumulatur, tanto majores pietatis, obedientia, obsequii, et reverentia erga Nos, Sedemque prædictam, aliarumque virtutum, et scientiarum fructus sit editurus; motu itaque proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, et auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, decernimus, et ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus, unus ex Consultoribus Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositæ, eveniente obitu dilecti filii Joannis Jacobi Bæ fratris expressè professi ejusdem Ordinis, quem alias Nos in Consultorem Congregationis prædictæ elegimus, uni ex Fratribus memorati Ordinis Sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum semper, et in futurum concedi, et assignari debeat. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno quinto.

Isidoro adductis rationibus Pontifex perpetuum locum inter Consultores Rituum assignat huic Ordini pro altero ex illius alumnis.

Dat. die 26.
Martii 1763.
Anno V.

CCCXLI.

Suam sollicitudinem confirmat erga Ecclesiam Osnabrugensem, ne nova eidem injuria inferatur contra fœdus Westphalicum, perpetua Episcopi exclusione ab illius administratione.

De hoc eodem argumento sunt Epistolæ hoc II Tom. relatæ sub n. CCCXIV CCCXV CCCXVI CCCXVII, et CCCXVIII pag. 310 ad 314, quibus in tanto Germanicarum Ecclesiarum periculo, Catholicorum Principum protectionem provocavit.

Dilectis Filii Præposito, Decano, Seniori, cæterisque Catholicis Capitularibus Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis.

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem,
et Apostolicam benedictionem

Quanta semper cura studuerit prospicere Ecclesiam Osnabrugensem, ne Westphalico foedere conculcato, in deteriorem conjiceretur conditionem.

§. 1. Omnium quidem Ecclesiarum curam a Nobis postulat infirmitati Nostræ commissum a Domino Jesu Christo Apostolicum munus. Sed a multo tempore concepta, acrior in dies animo hæret Nostro de ista Osnabrugensi Ecclesia sollicitudo, cujus stimulos etiam exacuerunt literæ vestræ, quæ Nos admonent, illam in gravissimo versari periculo, ne contra fœdus Westphalicum e statu sane miserando, quo tunc dejecta fuit, accepta nova calamitate, in deterrimam nunc incidat conditionem, neque amplius modo a Catholico Episcopo, modo a Principe aliquo Brunsvicensi alterius vicibus gubernetur, sed ab ea regenda Catholicus Episcopus perpetuo excludatur. Est quidem fœdus illud Catholicæ Religioni acerbum, et luctuosum, et ab hac Apostolica Sede nullo non tempore reprobatur, sed si pactiones etiam illæ, quæ eidem Religioni paullulum afferunt comodi, convellantur, nihil esse potest illo fœdere exitius. Et jam multo ante, quæ Vobis impenderet calamitas prospicientes, ad carissimos in Christo Filios Nostros Catholicos Reges literas dedimus, eosque quanta maxima adhortati sumus contentione, ut a Westphalicis Ecclesiis cladem, quæ illis parabatur, depellerent.

§. 2. Et nunc vestris literis acceptis, statim ad carissimum in Christo Filium Nostrum Ludovicum Gallorum Regem, qui fœderis illius custos est, et sequester, confugimus, ut Ecclesiam

Nova penes Catholicos Principes officia promittit, interimque ad fundandas preces hortatur pro conse-

vestram omni studio defendendam suscipiat, nec unquam committat, ut nova illi vulnera infligantur, quibus tandem isthic Catholica Fides funditus pereat. Apud carissimum etiam in Christo Filium Nostrum Franciscum in Romanorum Imperatorem Electum, et carissimam itidem in Christo Filiam Nostram Mariam Theresiam Apostolicam Hungariæ Reginam ejus Conjugem, cæterosque Catholicos Principes, qui prodesse quidpiam possunt, atque huic mederi malo, officia Nostra iterabimus, eorumque excitabimus Religionem, ut laboranti isti Ecclesiæ, quam celerissime suppetias ferant. Increa submissis precibus Omnipotentem Deum supplices adeamus, ut Principum quorum imploravimus opem, cœlestis suæ gratiæ robore communiat animos, atque iis aptissima quæque consilia suppetitet, quibus ab Ecclesia vestra, quam in visceribus charitatis gerimus, tantum malum possit averti: ejus misericordiam magna cum fiducia præstolantes, Apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvi Martii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno quinto.

Dat. die 16.
Aprilis 1763.
Anno V.

CCCXLII.

Patavinæ Cathedralis Canonicos, Crucis ad pectus appensæ honore gratificat in dilectionis signum erga Ecclesiam, cui tanquam Antistes per plures annos præfuit, ante assumptionem ad Summi Pontificis dignitatem.

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem,
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Singularis amor, quo semper Patavinam Ecclesiam Nostram olim dilectissimam sponsam dileximus, summaque de vobis, qui pars illius estis præcipua, benevendi voluntas, et studium, quos diutius est, quam imminentes ad hanc Sacram Beati Petri Sedem sublatis, ab illius Ecclesiæ complexibus sumus avulsi, eo majores ex longinquitate temporis vires cæpit, acrioribusque in dies Nostrum sollicitat animum. Nostis, dilecti filii, quum isthic apud vos Episcopale munus gereremus,

Suus amor exprimit erga Patavinam Ecclesiam, constantemque animum eidem gratificandi.

nihil Nos, quantum patiebatur infirmitas Nostra præremisisse, quod ad istius Ecclesiæ vel conservandam incolumitatem, vel dignitatem amplificandam pertinere arbitraremur, et quæ, comoda, et ornamenta eidem Ecclesiæ tribuendi nulla Nobis erat facultas, et copia, a felicis recordationis prædecessore Nostro Benedicto XIV impetravimus.

§. 2. Sed postquam inscrutabile Divinæ Providentiæ consilium, ad Apostolicam Sedem humanitatem Nostram evexit, summam potestatem assequi, diu multumque cogitavimus quam tandem honorifica significatione, quæ Pontificiam auctoritatem requireret, voluntatem Nostram, qua vos afficere insigni aliquo studuimus ornamento, re ipsa declararemus. Quum autem peropportune Divino Dei beneficio factum sit, ut Gregorium Barbadigum istius Ecclesiæ olim Episcopum, propter summas, sanctasque virtutes ejus, et præclara in Ecclesiam merita, in Beatorum numerum retulerimus, Nobis in mentem venit unde Nostro desiderio satisfaciamus.

§. 3. Itaque dilecto filio Nostro Sancto Cardinali Veronesio mittimus totidem, quotquot vos estis, exiguas Cruces, cesii coloris, encausto obductas, et argento circumdatas, quæ omnes in anteriore parte Beatissimæ Virginis in Cælum Assumptæ, in altera Beati Gregorii Barbadici, auream habent imaginem. Harum singulas serica tænia rubri coloris, et collo suspensas, singulos vestrum, tum in choro, canonicilibus vestibus indutos, tum extra chororum, et Ecclesiam ubique supra pectus propalam gestare volumus, eo consilio, ut non tam hisce veluti insignibus, sua cujusque vestrum dignitas exornetur, quam ut identidem, modo Sanctissimæ Dei Genitricis imaginem vestris oculis objecta, flagrantior in dies vestra fiat devotio, quam Sanctissimæ Dei Mariæ, etiam ut Cathedralis Templi, et Civitatis Patronæ debetis præcipuam; modo Beati Gregorii virtutibus, ad ejus imaginis adspæctum, in memoriam revocatis, quibus universam Ecclesiam, et Diæcesim Patavinam, bono Christi odore complevit, suos quisque vestrum mores ad perfectum illud, quod vir Sanctissimus præbuit, omnium Christianarum virtutem exemplum effingere, et conformare studeatis.

§. 4. Mementote, Beatissimi Pauli vos alloquimur verbis, *Præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.* Volumus

autem ut nunc primum memoratus dilectus filius Noster Cardinalis Veronesius, in aula, seu alio, quo illi placuerit loco Episcopatum ædium, vel si malit in Cathedrali Ecclesia, vobis has Cruces distribuât, et suo cujusque vestrum pectori accomodet. Quum autem vestrum quispiam ex hac ad æternam vitam migraverit, Crux quam ille gestabat, ab ejus hæredibus, ad eum, qui Thesaurarii dignitatem tenet, remittatur; Canonico autem successoris, Canonice possessionem capienti, aderit qui primam apud vos obtinet dignitatem, ejusque pectori eandem Crucem e collo pendentem aptabit. Huic denique, præcipue erga vos benevolentia Nostræ significationi, comitem addimus Apostolicam benedictionem, quam vobis, dilecti filii, intimo paterni animi affectu, peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XVI. Aprilis MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno V.

prescribit futuris temporibus observandum.



Commemorat
Benedictionem a se factam Gregorii Cardinalis Barbadigi sui in Patavino Episcopatu prædecessoris.

Insignia Crucis ad collum appense cuiusque Canonico Patavinam Ecclesiam concedit.

Moderno Patavino Episcopo, de novarum Crucium distributione minus comitit, et normam

CCCXLIII.

Dat. die 27.
Aprilis 1765.
Ann. V.

Prævia moderatione Constitutionis Alexandri VII. diei 25. Dec. 1661. quo Collegium Congregationis Somaschiæ Civitatis Bononiæ ad Provinciam Romanam spectabat, in comune administrandum conceditur tribus ipsius Ordinis Provinciis

De origine, et aliis, quæ hanc Congregationem concernunt, adest Constitutio Pauli III. Anni 1540 Junii 5. Constitutiones hujus Congregationis sub nuncupatione Clericorum Regularium S. Majoli, alias de Somascha sub regula S. Augustini, nec non privilegia ejusdem approbavit Pius V. Const. Anni 1668. Decem. 6. Eidem Congregationi gratias, et privilegia Ordinibus Mendicantibus concessa, et concedenda communicavit Paulus V. Const. Anni 1507. Nov. 9. Gratias a prædecessoribus Pontificibus concessas confirmavit, aliasque de novo Congregationi hinc indulxit Clemens VIII. Const. Anni 1593. Aprilis 26. Congregationem hanc in tres Provincias divisit Alexander VII. Const. Anni 1661. Dec. 25.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. **A**postolatus officium, quod auctore Deo, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, gerimus, postulat, ut ad illa, quæ in religionis incrementum, felicemque progressum cessura esse dignoscuntur, libenter intendamus, partesque Nostras desuper interponamus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Præpositus Generalis Clericorum Regularium Congregationis de Somascha, quod in Capitulo Generali ipsius Congregationis propediem, benedicente Domino, celebrando, de communi vocalium consensu decernendum, statuendumque erit, ut Collegium ejusdem Congregationis in Civitate nostra Bononiensi erectum, et ob nonnullas legitimas rationes aliquo ab hinc tempore clausum, de novo apeririatur, et si contingat Collegium hujusmodi reserari, illius regimen, et gubernium ad provinciam Romanam ipsius Congregationis spectaret juxta tenorem, et dispositionem quarundam literarum

Exponitur antiqua divisio Collegiorum hujus Ordinis in tres Provincias, et in eodem ex hoc derivans administrationi Collegii Bononiensis.

fel: rec: Alexandri Papa VII. prædecessoris Nostri die xxii. Decem. MDCLXI. in simili forma Brevis expeditarum, per quas inter cætera ipse Alexander prædecessor statuit, et decrevit, ut prædicta Congregatio divisa existeret in tres provincias, videlicet Lombardiæ, Venetiarum, et Romanam nuncupatas, et provincia quidem Lombardiæ contineret omnia loca, quæ in statu Mediolanensi, et ditionibus adjacentibus dilectorum filiorum Nobilium Virorum Ducum Sabaudia, Mantuæ, et Parmæ ac Cominii Helvetiorum possideret ipsa Congregatio; provincia vero Veneta complecteretur omnia loca, quæ continebantur in Dominio Reipublicæ Venetorum, et Principatu Tridentino; provincia vero Romana compræhenderet omnia loca posita in reliquis Italiæ ditionibus; ipse vero Præpositus Generalis pro majori commoditate, et facilitate constituendi, assignandique in eodem Collegio ministros necessarios, et ut illius stabilitas tuta, et firma efficiatur, regimen, et gubernium Collegii prædicti in commune dictis tribus provinciis per turnum, prout reliqua ejusdem Congregationis munia, seu officia distribuissent, per Nos demandari, et statui plurimum desiderat.

§. 3. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis ejusdem Præpositi Generalis votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut de cætero, si contingat Collegium dictæ Congregationis in Civitate Nostra Bononiensi, alias erectum, et aliquo ab hinc tempore clausum, per decretum Capituli Generalis ipsius Congregationis proxime habendi, reserari, seu aperiri, illius regimen, et gubernium, ac assignationem, nominationem, et deputationem ministrorum necessariorum in commune ad dictas tres provincias legitime spectare, et pertinere, non obstantibus ejusdem Alexandri prædecessoris literis prædictis, per quas provinciæ Romanæ prædictæ assignatum reperitur, quas quidem literas quoad hanc partem, seu statutum cassamus; et annullamus, et

Preces portæ ut Bononiensis Collegii administratio alternative habeatur ab tribus provinciis, et hujus petitionis Pontificia approbatio.

irritamus, firmis tamen remanentibus in cæteris dispositionibus in illis expressis, et contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, volumus, decernimus, et mandamus.

Clausula sn-
blata, et decre-
tum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in futurum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definire debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus dicti Alexandri prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis; nec non Collegii, et Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die Vigesima prima Aprilis Millesimo, Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCCXLIV.

Dni. die 14 Maii
1765. An. V.

Ordini Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum conceditur ut post festum Sanctissimi Corporis Christi, Octavam privilegiatam, una cum Officio, et Missa celebrari possit exceptis diebus Festis primæ Classis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **P**ia devotorum Deo, et Ecclesiæ desideria, quæ divini cultus, et Religionis augmentum, nec non salutem animarum respicere dignoscuntur, libenter Apostolico favore prosequimur, eisque benignum impartimur assensum. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus Filius Michael Maria à Sancto Antonio Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum nomine dilecti quoque Filii Michaelis Raymundi Vicarii Generalis dicti Ordinis, quod per Constitutiones præfati Ordinis auctoritate Apostolica confirmatas præscriptum reperitur, ut festum Sanctissimi Corporis Christi, et per septem dies immediate sequentes in omnibus Conventibus ejusdem Ordinis, prævia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti publicæ Christifidelium venerationi expositione, ac Matutino cantato, celebretur; dictus vero Michael Maria Procurator Generalis Octavam Festi hujusmodi privilegiatam imposterum per Ordinem præfatum celebrandam per Nos sibi concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur:

Perces porre-
cto pro Octa-
væ privilegia-
tæ indulto ob-
tinendo.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Michaelis Mariæ Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut futuris temporibus in universo Ordine familiæ Fra-

Pontifex po-
stulationem
approbat, præ-
cibusque in-
dulget.

trum Beatæ Mariæ Virgîs de Mercede Redemptionis Captivorum Excalceatorum nuncupatorum, Octava Sanctissimi Corporis Christi imposterum sit privilegiata, itaut per totam Octavam, Officium, et Missa de eadem Octava celebrentur, exceptis Festis primæ Classis; ac servata semper rubrica de translatione festorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublatâ, decretum irritans, et derogatio contrariarum.

§. 3. Decernentes, easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et in futurum spectabit plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Maji MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.



CCCXLV.

Dat. die 5. Maii
1763. Ann. V.

Statuitur quod minores viginti Annis, qui præcogitati homicidii facinus admiserint, Ecclesiastici asyli beneficio privandi non sint

Quoad homicidas, et deferentes arma prohibita in Alma Urbe, et reliquo statu Ecclesiastico ubi præcedentium Pontificum Constitutiones quoad immunitatem Ecclesiasticam confirmantur, innovantur, et ampliuntur, adest Constit. Clementis XII. Anni 1735. Febr. 1. relata in Bullario Mainardii. Constitutionem hanc ad loca ditionis Reipublicæ Lucanæ extendit Benedictus XIV. Constit. altera Anni 1744. Jan. 24. quæ extensa pariter fuit ad alias Principum, et Reipublicarum Ditiones, ut videre est in Benedictino Bullario. De immunitate Ecclesiastica locali, et forma extrahendi reos ex locis immunibus, habemus Clementis XIII. Constitutionem pro Ditione Comitum Palatini Rheni edit pridie Kal. Octobris Anni 1758. relata hac Nostra Continuatione Tom. I. sub Num. XIV. pag. 42. itemque de Criminibus, et locis, qui Ecclesiastici asyli beneficio juvari minime poterunt in Sardinia Regno adest Encyclica ad ipsius Regni Archiepiscopos, et Episcopos relata eod. Tom. I. sub Numer. XLVI. pag. 105.

Venerabili Fratri Josepho Philippo
Episcopo Salutarum

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **Q**uemadmodum fel: rec: Innocentius III. prædecessor Noster Archiepiscopo Nidrosiensi præcipuam tribuit laudem, quod Romanam Ecclesiam non modo magistram in rebus, quæ ad fidem, sed in iis etiam, quæ ad disciplinam pertinent, consultam voluerit, sic te Ven. Frater laudamus, atque etiam amamus, quod ad Nos quæstionem Apostolico Nostro iudicio attuleris dissolvendam, sacri ne asyli gaudeat beneficio minor sexdecim annis, qui homicidii etiam præcogitati commiserit facinus.

Romana Ecclesia habenda est Magistra non modo in iis que ad fidem pertinent, sed etiam quoad universalem disciplinam.

§. 2. Huic quæstioni locum dedisse videntur plures Apostolicæ Constitutionis

Refertur Sanctæ Sedis constantis jurispru-

dentia quoad
immunitatis
beneficium fa-
vorem minorum.

tutiones, et Instructio Benedicti XIV. prædecessoris Nostri ad Episcopos, qui sunt in ditione carissimi in Christo Filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardinie Regis Illustris, in ea parte, ubi de immunitate locali agitur, et de delictis exceptis. Nos quidem consideravimus rationes contentas in iis scriptis, quæ ad Nos misit ex utraque parte Fraternitas tua, tum ex parte Archiepiscopalis Curie Taurinensis, quæ minoreum sexdecim annis declaravit esse restituendum Ecclesie, unde, servata Constitutionum Apostolicarum forma, fuerat extractus, tum ex parte sæcularis Fiscus, qui juxta præscriptum in memorata Instruktionem ad Tribunal tuum appellavit; ac examinatis earundem rationum ponderibus, censimus, Archiepiscopalis Curie sententiam, validissimis fundamentis juris inuiti; ideoque a te confirmari, ejusque executionem mandari oportere. Nam si Apostolicas spectemus Constitutiones, perspicuum est, in iis non contineri minores; quorum ita præcipuam singularemque rationem semper habuerunt tum sæculares tum Ecclesiasticæ leges, ut nullius sanctionis severitas censeatur ad eos pertinere, nisi in ea expresse nominentur. Absurdum vero, et ab omni regula alienum seu potius monstrosissimum esset, si tantummodo, ubi agatur, sacrum ne illis asyllum suffragari debeat, nullus his legibus esset locus.

§. 3. Et quamquam non desunt qui publicum bonum, et Reipublicæ prætexentes securitatem docuerunt, in iis sanctionibus, quæ in atrocissimorum criminum reos penas constituunt, minores contineri æque ac majores; ac propterea immunitatis beneficio privandos, etiamsi expresse non nominentur in Apostolicis Constitutivibus, quæ cæteris idem immunitatis beneficium eripiunt; hanc tamen opinionem, ut erroneam prædecessores Nostri semper respuerunt, et Clemens VIII. in primis, qui cum ageretur de pluribus reis, qui per proditionem hominem interfecerant, ab Archiepiscopo Panormitano consultus, num illis sacrum asyllum suffragaretur, respondit, omnibus quidem utpote in minori ætate constitutis deberi Immunitatem, sed duos tantum jussit Ecclesie restitui, quorum alter sexdecim, alter duo de viginti Annis natus erat, cæteros vero propter atrocitatem criminis, summa sua potestate usus, privilegio privavit immunitatis. Quod attinet ad instructionem Benedicti XIV. certissimum est, in ea nullam

minorum fieri mentionem. Quæ quidem ratio ex eo tantam habet firmitatem, ut nullo modo possit everti, quod Benedictus XIV. per instructionem memoratam extendit ad loca, quæ sunt in ditione memorati Sardinie Regis, Bullam Clementis XII. prædecessoris Nostri, quæ incipit = In supremo Justitiæ solio = quæ quidem Constitutio in casu homicidij, quod neque casu, neque ad sui defensionem perpetratum fuerit, contrahendo inter angustiores fines privilegium minorum, privat beneficio immunitatis localis eos, qui minores sint viginti quinque annis, sed majores sint annis viginti, ex quo invicte conficitur eo privilegio gaudere, qui sint viginti annis minores.

§. 4. Pugnaretur autem cum omnibus juris principiis, si quis contenderet, eam Constitutionem ad loca, quæ sunt in ditione memorati Regis, tantummodo productam extensamque fuisse in ea tantum parte, qua exceptioni casuum laxiores fines definiuntur, non vero in ea parte, qua minores viginti annis excipiuntur; neque enim eadem lex scindi potest, ut ejus pars altera recipiatur, altera repudietur. Huc accedit, ipsum Benedictum XIV. satis hac in re suam mentem declarasse. Nam in ea Bulla multis post annis edita, quæ incipit = Officii Nostri Ratio = dum eam extensionem Bullæ Clementinæ a se in concordatis cum utriusque Siciliæ, et Sardinie Regibus factam commemorat, expressis profitetur verbis, se eam extendisse omnino in eo, quod Clemens XII. addidit ad jus commune. Quidquid autem idem Clemens statuit de minoribus, id omne est ad jus commune quædam additio. Præterea iidem prædecessores Nostri Clemens XII. et Benedictus XIV. cum extenderent Bullam = In Supremo Justitiæ solio = ad Regna Hispaniarum, et ad ditionem aliorum Principum, qui eam postulaverant extensionem, in suis quisque Constitutionibus disertissime afferunt quidquid de minoribus memorata Bulla Clementina constituit. Ex quo palam fit, illum non assequi veram Benedicti XIV. mentem, qui putet, illum Pontificem aliam in ditione memorati Regis Sardinie voluisse praxim inducere, ac minores, de quibus nullam mentionem facit in sæpedita Instruktionem, privilegio minoris ætatis omnino privasse; cui privilegio Clemens XII. fines tantummodo ad ætatem viginti annorum præscripserat.

Uterior explicatio præcedentium declarationum quoad immunitatem Ecclesiasticam.

Dirimitur contra interpretatio circa immunitatem quoad minores.

Præcavet Episcopum Salutarium contra errorum principium, quod in dubio standum sit pro exclusione immunitatis.

§. 5. His igitur de causis existimamus, rectam esse, quam in hoc casu, de quo Nos consuluisti, Archiepiscopalis Curia Taurinensis sententiam tulit, eamque a te confirmandam. Si qua vero supersit in hac quæstione dubitatio summa tibi cautio erit Ven. Frater, ne perinde ac generale principium amplectare, nimirum, in re dubia standum esse adversus immunitatem, quod secularis Fiscus contendit. Semper enim huic præpositioni contradixit Ecclesia, semperque contrariam, et doctrinam tenuit et praxim, tibi vero commodissime fortunæque contigit, Episcopale munus tuum gerere in ejus Principis ditione, cujus præcipua quidem laus est summus amor justitiæ, sed qui pari sibi laudi ducit Religionem revereri: nec ignorat Religionem id postulare, ut summa veneratio sacris locis adhibeatur. Cæterum justissimum est, maximeque cum æquitate conjunctum, majores discernere a minoribus; quod discrimen leges ipsæ in eo recognoscunt, quod minoribus non illa sit perfecta ratio, cujus defectu plena ab eorum criminibus videtur abesse malitia, ut idecirco statuerint minus, severe in illos animadvertendum. Pari vero, seu potius eadem plane ratione, quam differentiam agnoscunt sæculi leges in pœnis sancientiis adversus reos, eandem æquum est in eisdem reis immunitatis beneficio defendendis Ecclesiasticas leges recognoscere. Publico prodesse ajunt bono si severius statuatur exemplum, et acerrime animadvertatur in eos, qui se tam atroci crimine adstrinxerint.

Demonstratur quo parvo compendio sit Societati exclusio immunitatis favore minorum.

§. 6. Sed si rem bene perpendas, parum inde Respublica trahit utilitatis: perraro enim fit, ut minores viginti annorum atrocissima admittat facinora: contra plurimum illa cautio Rempublicam juvat, ne Ecclesiæ vilescant, aut quidquam de illa detrahatur reverentia, quæ sacris debetur locis, ubi quodammodo peculiarem sedem habet Religio; cujus si minuatur majestas, communem perturbari tranquillitatem; et ipsam oportet labare Rempublicam. Denique tibi Ven. Frater, eximie erga te benevolentiae Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariæ Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Maij. MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLVI.

Dat. die 6. Maii
1763. Ann. V.

Alloquutio habita in Consistorio secreto diei 26. Maii 1763., qua Pontifex Cardinalibus significat, Ecclesias Ostiensem, et Velitrensem una cum Decanatu Sacri Collegii, quæ munia antiquiori ex Cardinalibus Ordinis Episcoporum conferuntur, antiquiore ob ætatem, vel infirmam valetudinem ad ea munia explenda impedito, posse sub-Decano conferri.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres

§. 1. **E**tsi non dubitabamus, notum exploratumque Vobis esse, antiquiorem inter Vos ipsos ex Episcoporum Ordine, qui quum Ecclesiarum Ostiensis, et Velitrensis Episcopatus, Amplissimique Collegii Vestri Decanatus vacarent, præsens in Curia existeret, aptusque ad ea munera obeunda esset, ex prædecessorum sanctionibus, ad hujusmodi Episcopatus optionem, et Decanatus honores admitti oportere; tamen quod ita, et res ipsa posceret, et vetus ferret Apostolicæ Sedis consuetudo, a Nobis etiam ex hoc loco publice ad Vos referendum fuit, ut quid de illis Ecclesiis, et Decanatu posteaquam per obitum bonæ memoriæ Josephi Cardinalis Spiuelli vacarunt, decreverimus, intelligeretis.

Exponit veterem consuetudinem conferendi Decanatum Sacri Collegii, et Ecclesias Ostiensem, atque Velitrensem antiquiori Cardinali ex Ordine Episcoporum.

§. 2. Eas sane Ecclesias, et Decanatum Collegii Vestri honores, Venerabili Fratri Nostro Camillo Episcopo Portuensi, et Cardinali Paulatio, si antiquitatis temporis ratio habenda esset, optandi, assequendique jus esse agnoscitis; verum cum adeo corporis infirmitate detineatur, ut Ecclesias ipsas moderari, functionesque Decanatus exercere nequaquam possit, idemque literis ad Nos scriptis, iis se se oneribus ferendis, imparem esse testatus sit, juri proinde omni optandi, si quod forte ipsi competeret, ultro cesserit, optionis locum Venerabili Fratri Nostro Carolo Alberto Episcopo Albanensi Cardinali Cavalchino dedit, qui secundus est in Ordine Cardinalium Episcoporum. Itaque Venerabili eidem Fratri Nostro Carolo Alberto, optandi potestatem fecimus, eumque ex Albanensi, in Ostiensem, et Velitrensem Episcopatum transferre, atque ad Decanatus honores ac munera admittere constituimus. Quod ad majorem Dei gloriam, ad Sanctæ

Rationem exprimit cur antiquiore Cardinali legitima impedito optionem ad Decanatum alteri proximo in Ordine concedere intendat.

Romanæ Ecclesiæ utilitatem, ad Collegii Vestri honorem, et animarum salutem futurum fore speramus.

Cardinali sub-Decano confert Ecclesias Ostiensem, et Velitrensem.

§. 3. Absolvimus ergo Venerabilem Fratrem Nostrum Carolum Albertum Cardinalem Guidobonum Cavalchini, e vinculo quo tenetur Ecclesiæ Albanensis, et transferimus ad Ecclesias Ostiensem, et Velitrensem invicem perpetuo Canonice unitas, præficientes eum in Episcopum, et Pastorem cum retentione omnium, et quorumcumque, quæ obtinet, ac indultorum quibus gaudet, nec non cum decreto quod teneatur quotannis visitare præfatas Ostiensem, et Velitrensem Ecclesias, earumque Dioceses ad normam Concilii Tridentini, et insuper renovamus decretum felicitis recordationis Urbani Papæ VIII prædecessoris Nostri circa visitationem Sacrorum liminum. In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

CCCXLVII.

Dat. die 14 Jun. 1763. Anni V.

Prævia derogatione dispositioni Testamentariæ Pauli Ludovici Rivaldi, Conservatorio Mendicantium ad Templum Pacis assignantur nonnulla subsidia Dotalia, quæ pauperibus, puellis tribuenda fuissent ad Pontificis nominationem, ex eadem Testamentaria dispositione.

Clemens Papa XIII.

Ad futurem rei memoriam

Refertur tenor testamentariæ dispositionis Pauli Ludovici Rivaldi.

§. 1. **E**xposuit Nobis dilectus filius Noster Joannes Constantius S. R. E. Diaconus Cardinalis Caracciolo nuncupatus Protector, nomine etiam dilectorum filiorum Deputatorum Conservatorii puellarum Mendicantium ad Templum Pacis de Urbe, quod quondam Paulus Ludovicus Rivaldi germanus frater bonæ memoriæ Magistri Ascanii Rivaldi, dum vixit Romanæ Curie Prælati, qui dictum Conservatorium suum nominaverat hæredem, in suo sub quo ab humanis decessit testamento, die vero xxx. Januarii MDCLXXXII per acta tunc existentis publici in dicta Urbe Notarii cognominati Giannetti resignato, suum hæredem instituit filium, seu filiam, qui, seu quæ nasceretur ex quondam Francisca Berettoni sua, vulgo ut dicitur, Comare, hoc iuncto onere illi nato, seu

Bull. Rom. Tom. II.

nate assumendi nomen, cognomen, et Gentilitia ejusdem Pauli Ludovici Testatoris, insignisque Gentilitiis hujusmodi utendi, atque illi, ut supra hæredi instituto quodcumque decedenti, ejus filios, et descendentes in infinitum substituit; deficientibus autem omnibus hæredibus tam institutis, quam ut præfertur, substitutis, Cappellam a quondam Gaspare Rivaldi genitore suo in Ecclesia de Pace nuncupata de eadem Urbe, Congregationis dilectorum item filiorum Canonicorum Regularium Lateranensium Ordinis Sancti Augustini fundatam, et erectam hæredem instituit, hac dumtaxat conditione, atque onere imposito, unius scilicet anniversarii singulis annis celebrandi, ac faciendi reparaciones necessarias in dicta Cappella in casu, quo dos illi assignata minime sufficeret; ex superextantibus vero suæ hæreditatis fructibus, et redditibus voluit, ut tot subsidia dotalia quadraginta scutorum monetæ Romanæ pro quolibet subsidio totidem puellis pauperibus a Romano Pontifice pro tempore existenti nominandis distribuerentur; subinde memoratus Paulus Ludovicus hanc suam dispositionem, seu voluntatem in suis Codicillis per acta supradicti Notarii conditis confirmavit, et alias prout in Testamento, et Codicillis prædicti Pauli Ludovici uberius dicitur contineri.

§. 2. Porro dicta Francisca memorati Pauli Ludovici Testatoris commatre, ut præfertur, puellam procreavit, cui Sacris Baptismalibus aquis ablutæ impositum fuit nomen Paulæ Ludovicæ, quæ postquam in ætate proecessit, juxta præceptum ab eodem Paulo Ludovico Testatore injunctum litem inter dictum Conservatorium, quoad hæreditatem memorati Magistri Ascanii ex uva, ipsumque Paulum Ludovicum Testatorem ex altera partibus vertente, quæ indecisa remanserat, prosequi perrexit, quæ quidem lis postmodum extincta, et absoluta remansit, prævia inter contententes partes concordia per publicum Instrumentum die xii. Februarii MDCCXVI confectum per acta publici in dicta Urbe Notarii ad præsens cognominati Gaudentii inita, cujus vigore pro parte ipsius Conservatorii quamplurima loca Montium Cameræ Nostræ Apostolicæ non Vacabiliùm ex hæreditate dicti Magistri Ascanii hujusmodi Conservatorio relicta provenientia, pro majori parte summæ quinque millium scutorum monetæ prædictæ ad favorem dictæ Paulæ Ludovicæ, juxta me-

Controversia exorta inter Conservatorium Mendicantium, et Pauli Ludovici hæredem super hæreditate Præsulis Ascanii Rivaldi, quæ transactione deinde fuit dirimpta.

moratam concordiam quomodocumque debita, et conventa, tradita, consignata, et restituta fuerunt. Demum ipsa Paula Ludovica hæres instituta matrimonio se junxit una cum dilecto pariter filio Philippo Gama, ac successione carens, prævio obtento a fel: rec: Benedicto Papa XIV prædecessore Nostro rescripto ad Congregationem tunc existentium S. R. E. prædictæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum remisso, ab eadem Cardinalium Congregatione sibi concedi obtinuit, ut tam dictorum Locorum Montium, quam aliorum bonorum hæreditarium in dotem sibi assignatorum annui fructus, redditus, et proventus post sui obitum ad favorem dicti Philippi viri sui, ejus vita naturali durante assignarentur, et reservarentur, ac illorum reservatio super iisdem bonis, et locis Montium prædictis, opponeretur, prout constat ex mandato vulgo nuncupato, a Tribunali tunc existentis in Urbe prædicta Vicarii in Spiritualibus Generalis expedito, ac instrumento exhibitionis dicti mandati per acta publici ejusdem Tribunalis Notarii ad præsens cognominati Ferri die xxx Augusti mcccxxxviii confecto; pro anniversario autem, et manutentione supradictæ Cappellæ cum tunc existentibus Canonicis Regularibus dictæ Ecclesiæ de Pace conventa fuit solutio annua decem, et octo scutorum similis monetæ, cujus annuæ solutionis intuitu, dicti Canonici Regulares suum pro executione dictæ reservationis fructuum ad favorem ejusdem Philippi ab eadem Cardinalium Congregatione factæ, sicut præmittitur, et mandato a Tribunali prædicto expedito consensum præstiterunt.

Preces porrectæ pro assignatione subsidii dotalis favore Conservatorii Mendicantium.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dictus Joannes Constantius Cardinalis, et Protector, habita consideratione, quod capitale, seu sors principalis eorumdem locorum Montium, majori in parte provenit ex bonis hæreditariis ejusdem Magistri Ascanii relictis dicto Conservatorio in levam illius pauperum puellarum mendicantium, quæ multo ab hinc tempore assidue perseverant in elaborandis laneis opificiis pro servitio Camerae Nostræ Apostolicæ, et Triremium Nostrarum, parvo tamen cum Conservatorii prædicti lucro, et emolumento, propter adaucium præteritum lanarum, sequuto obitu dicti Philippi, omnes superextantes fructus, redditus, et proventus dictorum Locorum Montium de præsentibus in persona dictæ Paulæ Ludovicæ, si-

cut præmittitur vulgo cantanti, una cum reservatione eorumdem fructuum ad favorem ipsius Philippi sua vita naturali durante, firma tamen remanente assignatione dictorum decem, et octo scutorum supradictæ Cappellæ facta in locum puellarum incertarum, eisdem puellis Conservatorii hujusmodi per Nos applicari, et in tot subsidiis quadraginta scutorum parium pro quolibet subsidio pro illarum Monachatu aut Matrimonio distribuendis concedi, et assignari plurimum desideret. Nobis propterea supplicavit, ut dictis Deputatis, et puellis prædictis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur, qui Conservatorium hujusmodi, illiusque puellas paternis complectimur affectibus, ac illius, et illarum conservationi manutentioni, et indemnitati quantum cum Domino possumus consulere cupientes, dictosque Deputatos, et puellas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pænis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurserunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac Testamenti, et Codicillorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus dictorum locorum Montium a dicto Magistro Ascanio relictorum ad favorem ejusdem Conservatorii puellarum Mendicantium, et ex illius hæreditate provenientium, quæ vigore dictæ concordia idem Conservatorium memoratæ Paulæ Ludovicæ cessit, de presenti ad favorem ipsius Paulæ Ludovicæ vulgo cantanti, cum reservatione fructuum prædictorum ad favorem ipsius Philippi illius Viri, ejus vita naturali durante, vigore decreti, seu resolutionis supradictæ Cardinalium Congregationis, ac mandati super præmissis a dicto tunc existente in Alma Urbe Vicario in Spiritualibus Generali expediti, sicut præmittitur, nunc pro tunc, et quando ipse Philippus viam universæ carnis ingressus fuerit, et assignatio fructuum prædictorum cessaverit, firma tamen remanente dicta assignatione decem et octo scutorum pro anniversario, et reparationibus Cappellæ sæpeditæ, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo applicamus,

Pontifex postulationem approbat, et Conservatorio Mendicantium subsidia dotalia assignat.

et qualenus opus sit dicta Loca Montium post obitum memorati Philippi, et postquam assignatio illorum fructuum ad favorem dicti Philippi facta, ut præfertur, cessaverit, eidem Conservatorio auctoritate, et tenore præsentium de novo assignamus, relinquimus, et donamus.

Præferuntur subsidia dotalia in scutis quadraginta pro qualibet ex his favore puellarum in dicto Conservatorio degentium.

§. 5. Ac modernis, et pro tempore existentibus Deputatis prædicti Conservatorii, ut ipsi postquam assignatio eorumdem fructuum, reddituumque, et proventuum dictorum Locorum Montium ad favorem dicti Philippi facta per ejus obitum expiraverit, et cessaverit, fructus, redditus, et proventus hujusmodi in tot subsidiis dotalibus quadraginta scutorum pro quolibet subsidio totidem puellis in dicto Conservatorio pro tempore existentibus, quæ vel in Domino, vel in sæculo nubere desideraverint in locum aliarum puellarum extranearum per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, juxta dispositionem dicti Pauli Ludovici nominandarum, distribuere, et assignare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et indulgemus, plenamque facultatem tribuimus: hac tamen conditione, ut si contingat eo anno nullas puellas existere, quæ habitum Monachalem suscipere, vel matrimonium contrahere possint, eodem anno fructus, redditusque hujusmodi pro alimonia, et manutentione earundem puellarum, seu in favorem Conservatorii hujusmodi cedant, et cedere debeant, et applicentur, prout in more positum est pro aliis subsidiis dotalibus, quæ distribuuntur a Deputatis prædictis aliis puellis ejusmodi Conservatorii ex aliis fructibus proventibus ex hæreditate dicti Magistri Ascanii juxta resolutionem supradictæ Cardinalium Congregationis die xx Martii MDCCXXXIV captam.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus supradicti Pauli Ludovici Testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentem non intendimus supradictam Conservatorium illiusque institutum in aliquo approbare. Datum in Arce Gandulfi die xiv Junii MDCCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.

CCCXLVIII.

Dat. die 22.
Junii 1763.
Anno V.

Approbatio concordie inter Monasterium S. Bartholomei Trisulti Ordinis Carthusiensis et Communitatem, atque homines Civitatis Alatrii super præfixione confinium Castri diruti nuncupati *Tecchiena* ad dictum Monasterium spectantis

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior, et Monachi Monasterii sub invocatione Sancti Bartholomei de Trisulti nuncupati, Ordinis Carthusiensis, quod postquam per plures Annos coram tunc pro tempore, ac Venerabili Fratre Nicolao Archiepiscopo Matilen, moderno, existentibus Generalibus Cameræ Nostræ Apostolicæ Auditoribus, lis, et controversia inter Monasterium, et Monachos prædictos ex una, et dilectos etiam filios Communitatem, et homines Civitatis Alatrinx ex altera partibus ab eisdem Communitate, et hominibus mota super manutentione in possessione cujusdam Montis vulgo nuncupati *il Monte Reo* positi in confinibus Castri diruti de *Ticchiena* pariter nuncupati spectantis ab antiquo tempore ad Monasterium, et Monachos hujusmodi ab ea parte, qua præfatus Mons est confinis, seu conterminus territorio memoratæ Civitatis Alatrinx, non sine magno utriusque partis dispendio mature perpensa, et discussa fuerat, demum dilectus itidem filius Magister Philippus Maria Pirelli Locumtenens Civilis ejusdem Nicolai Archiepiscopi, et Auditoris suam definitivam sententiam protulit, qua concessit eidem Monasterio, et Monachis conservationem, seu manutentionem in possessione illius partis memorati Montis, quæ dictum Castrum de *Ticchiena* prospicit, reservatis rationibus utriusque parti congruentibus in judicio petitorio quoad integrum Montem supradictum, prout latius continetur in prædicta sua Sententia die x. Martii MDCCCLXII. per acta dilecti quoque filii cognominati Martorelli publici ejusdem Auditoris Notarii publicata. Subinde vero, cum Communitas, et homines prædicti ab hujusmodi Sententia appellationem interposuissent, causa prædicta causarum Palatii Apostolici Auditorio commissa fuit.

Originem, et progressum controversie inter Monachos, et Communitatem Alatrii designat.

Sacra Congregatio Boni Regiminis, ad se advocato controversie examine, eandem per concordiam finientiam esse censuit.

§. 2. Sed antequam causa prædicta coram Auditorio prædicto proponeretur, Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium super bono regimine Civitatum, et Universitatum Status Nostri Ecclesiastici, auctoritate Apostolica, deputata, quæ utilitati, et commodo earumdem Civitatum, et Universitatum semper invigilare pergit, habita de præmissis notitia, dedit in mandatis dilecto etiam filio Magistro Francisco Mantica ejusdem Congregationis Ponenti, ut rationes ambarum partium mature perpenderet, et referret, quæ quidem Cardinalium Congregatio audita relatione ab ipso Magistro Ponente facta die XXIX. Januarii proxime præteriti suum edidit Decretum, seu rescriptum, tenoris sequentis = *Ad Eminentissimum Præfectum cum Ponente, et Secretario pro omnimoda concordia stipolanda etiam ex officio* = In vim dicti rescripti subinde inter partes, nempe pro parte, et nomine Civitatis, et hominum prædictorum, a dicta Cardinalium Congregatione, concordia per publicum confectum instrumentum inita fuit, tenoris, qui sequitur videlicet =

Tenor concordiam.

= Essendo conforme a Noi Notari » in solidum rogati per verità viene » asserito, che il Fendo di Tecchiena, » confiscato già dalla Reverenda Camera Apostolica nell'Anno 1248. o altro » più vero tempo sotto il Pontificato » d'Innocenzo Quarto alla Comunità di » Alatri per delitto proditorio commesso contro li Cittadini di Ferentino, fosse nell'Anno 1395. sotto il Pontificato di Bonifazio Nono venduto dalla medesima Reverenda Camera Apostolica con tutte le sue ragioni, e pertinenze al Ven: Monastero, e Reverendi Padri Certosini di S. Bartolomeo di Trisulti.

» Essendo che ancora nell'Anno » 1754. nascesse controversia territoriale trà la detta Comunità di Alatri da una parte, ed il prefato Monastero, e PP. dall'altra, sopra i confini dell'anzidetto Feudo di Tecchiena, e suo territorio, e che la Comunità in seguito sotto li 16. Novembre del medesimo Anno spedisse un Monitorio jact. jact. avanti Monsignor Illmo, e Reverendissimo allora A.C. de Zelada per gli atti del Martorelli suo Notaro sopra la manutenzione a di lei favore nel possesso, ed esercizio giurisdizionale dell'intera Montagna di Monte Reo, tanto per la parte, che l'acqua pende verso Tecchiena, quanto per parte, che l'acqua pende

» verso Alatri, come che posto, e situato nel suo territorio Alatrino.

» Essendo altresì, che a simile istanza s'opponessero il Monastero, e Padri di S. Bartolomeo dimostrando s in progresso della lite equivoci, ed inconcludenti gli atti che si portavano da detta Comunità, e che quindi il prelodato Monsignore A.C. de Zelada con suo Decreto emanato sotto li 10. Settembre 1757. ordinasse l'accesso formale sulla faccia del luogo a spese dell'una, e l'altra parte, et deinde cujus de jure, e che in vigore di un tal Decreto accedesse sotto il dì 21. Ottobre del medesimo anno al luogo della differenza, con fare, oltre la descrizione dell'accesso, elevare la pianta da Perito Geometra.

» Sia parimenti, che simile differenza non essendosi potuta ultimare dal medesimo Monsignore A. C. de Zelada per la sua promozione al Tribunale della S. Rota, passasse indecisa avanti Monsignore Illmo, e Rmo A. C. Pirelli suo Successore; il quale ritrovando similmente torbide, ed equivoche le ragioni, che si allegavano per parte della Comunità, ne giudicando bastevole per la decisione della controversia l'accesso di Monsignor Zelada, decretò anche egli sotto il giorno 24. Gennaio 1761. di accedere al luogo della differenza, ove portatosi il dì 30. dello stesso mese, fece un'esatta ricognizione di tutti li confini del Feudo di Tecchiena, a tenore della descrizione fatta ne dal Fiscale della Rev. Cam. Ap. fin da quando essa Rev. Camera ne era in possesso, e prima, che ne facesse la vendita al Monastero, e Padri di S. Bartolomeo, trovati intatto, e per tutto corrispondenti, e conformi alla detta confinazione Camerale, ne venne contemporaneamente alla descrizione; come si ha dall'Istromento del suo accesso, e fece altresì nell'atto medesimo elevare da Francesc'Antonio Salemi Perito Agrimensore, e Geometra, la pianta Geografica della tenuta, e territorio di Tecchiena, con tutte le contrade descritte in accesso, prodotta, ed allegata infine del medesimo accesso.

» In seguito di che sua Signoria Illma, e Rma assunse l'esame delle ragioni dell'una, e dell'altra parte. Istavasi dalla Comunità di Alatri per la manutenzione nel possesso di Monte Reo non solamente per quella par-

» te, che pende verso Alatri, ma an-
 » cora per l'altra, che pende verso Tec-
 » chiena, e che era appunto il luogo
 » della controversia. In prova di questa
 » sua pretenzione portavansi dalla Co-
 » munità atti possessorj di giurisdizione
 » esercitata in Monte Reo, ed inoltre
 » per colorire, ed avvalorare questo suo
 » possesso facevasi forte sul titolo, co-
 » me che a lei favorevole, atteso, che
 » la confinazione della Camera, in cui
 » fondavalo non metteva detto Monte
 » in territorio di Tecchiena, ma ben-
 » sì ne lo escludeva per la parola *juxta*
 » apposta in detta confinazione ivi = A
 » latere Civitatis Alatrii juxta Montem
 » Reum, juxta Pontem Montis Rei, ju-
 » xta Pontem Guidi = qual parola essen-
 » do di sua natura esclusiva del con-
 » fine del confinato, veniva ad inferire
 » che tanto il Monte Reo, che il Ponte
 » di Monte Reo, ed il Ponte di Guido,
 » come disegnati, e descritti per confi-
 » ne restavano esclusi dal territorio di
 » Tecchiena, che era il confinato.

» Si diceva all' incontro per par-
 » te del Monastero, che gli atti pos-
 » sessorj portati dalla Comunità non ri-
 » levavano, perchè vaghi, generali, ed
 » equivoci, nè percuotevano il luogo
 » della controversia, quale era, ed è la
 » facciata di Monte Reo verso Tecchie-
 » na, cominciando dalla sbarra detta
 » volgarmente di Tecchiena, che inter-
 » seca il Colle Alto di Alatri, e che è
 » l'ultimo de' confini del territorio di
 » Tecchiena descritti in detta confina-
 » zione Camerale, e terminando al Pon-
 » te di Guido, ove termina la detta
 » facciata; E siccome gli atti possessorj
 » della Comunità non percuoteva-
 » no la medesima facciata, o acqua-
 » pendenza, ma bensì si riferivano in
 » Monte Reo, così si ripigliava per par-
 » te del Monastero, che non si dove-
 » vano attendere al confronto, ed in
 » corso de' suoi, concludentemente pro-
 » vati in detta facciata, e specifica-
 » mente in tutte le contrade, che la com-
 » pongono. Tanto maggiormente, che
 » il Monte Reo non è solamente quel
 » monte, che era in controversia, e
 » che racchindesi nella confinazione Ca-
 » merale, ma sortivano ancora la stessa
 » denominazione, i contermini, come
 » il monte *Colle alto* assegnato espres-
 » samente dalla Camera nella riferita
 » confinazione per confine da quella par-
 » te del territorio di Tecchiena, ivi =
 » ac sbarram Tecclenæ confinante cum
 » Colle Alto de Alatro, ed il Monte de
 » Colli.

» Laonde concludevasi, che gli
 » atti possessorj della Comunità non
 » percuotendo precisamente la pende-
 » za di Monte Reo in facciata di Tec-
 » chiena luogo della controversia, ma
 » genericamente portati in Monte Reo,
 » restavano torbidi, ed equivoci, ed al-
 » più verificabili, e della parte di detto
 » Monte, che pende verso Alatri, o
 » degli altri contermini che sortiscono
 » ancora la stessa denominazione di
 » Monte Reo.

» Ed in quanto alle ragioni del
 » titolo fondate dalla detta Comunità
 » sulla confinazione Camerale rispon-
 » devasi per parte del Monastero, che il
 » possessorio per lui chiaro, e conclu-
 » dentemente provato nel luogo della
 » controversia non potevasi intorbidare
 » dal titolo, nè restare assorbito dal
 » territorio, poichè ancor questo era-
 » gli totalmente favorevole, non sola-
 » mente per la controversa facciata di
 » Monte Reo, ma eziandio in tutta
 » quanta la sua estensione.

» In prova di che, premessa la
 » descrizione de' confini del territorio
 » di Tecchiena fatta dal Fiscale della
 » Reverenda Camera Apostolica, che è
 » del seguente tenore, cioè » Et ne
 » per tractum temporis territorium di-
 » cti Castri valeat occupari, fraudari, vel
 » super accipi ab aliquibus circumstan-
 » tibus Civitatibus, seu Castris, aut
 » specialibus personis, propterea quod
 » dictum Castrum depopulatum, et in-
 » habitatum est in præsentì regestro no-
 » mine Camerae Sanctæ Romanæ Ec-
 » clesie, particulariter, et circiter du-
 » ximus confinare videlicet » A latere
 » Civitatis Alatri juxta Montem Reum,
 » juxta Pontem Montis Rei, juxta Pon-
 » tem Guidi, sicut recte protendit fos-
 » satum exeundo ad Sylvam recte,
 » exeundo ad vadum de Fluri, exeun-
 » do ad vadum de Francisco sub vado
 » de Francisco juxta territorium Frusi-
 » nonis, juxta Collem Sancti Leonardi,
 » juxta fontem ejusdem sicut vadit fos-
 » satum recte, et juxta Turrim olim
 » Cicchi Malavolte, juxta Pontem Pede-
 » luseo, juxta fossatum unde fluit aqua
 » dicti fontis, juxta fossatum, et rem
 » belli hominis de Frusino, exeun-
 » do sicut vadit cursus aquæ recte ad
 » Pontem Sancti Petri, juxta rem Ray-
 » naldi Nicolotii de Frusino, juxta
 » rem Hæredum Joannis Dominici Ni-
 » colai de Ferentino, juxta Pontem Gelli,
 » juxta muros S. Lucie recte cum cer-
 » ta parte Montis Radicini, exeundo ad
 » limitem de meta, juxta rem D. Nan-

» nœ Raymundi D. Petri, exeundo recte
» ad rem Colæ Baronis, Thomæ Pa-
» lumbæ de Alatro, et fossatum, et
» stradam, ac sbarram Teclenæ con-
» fian cum Colle Alto de Alatro.

» Si diceva per parte del Mona-
» stero, che per bene intendere simi-
» le descrizione conviene riflettere in
» fatto, che il Castello di Tecchiena
» era della Comunità di Alatri, che fu
» confiscato dalla Reverenda Camera
» Apostolica, e che il medesimo Cas-
» tello resta situato in facciata di Mon-
» te Reo, riguardando dal lato sinistro
» verso Ferentino, dal lato destro per
» linea retta verso Veroli, e di fianco
» per linea obliqua verso la Città di
» Alatri, la quale da detto Castello non
» può vedersi, potendosi soltanto scopri-
» re dalla cima di detto Monte.

» Ciò premesso soggiungevasi per
» parte del Monastero necessariamente
» derivarne, che la Camera volle de-
» scrivere soltanto i confini delle Co-
» munità confinanti con Tecchiena, per
» la ragione, che le pertinenze di Tec-
» chiena Castello già spopolato non fos-
» sero occupate da vicini, e perciò co-
» minciò la sua descrizione » Et ne per
» tractum temporis territorium dicti
» Castri valeat occupari, fraudari, vel
» super accipi ab aliquibus circumstan-
» tibus Civitatibus, seu Castris, aut
» specialibus personis etc. propterea du-
» ximus confinandum a latere Civi-
» tatis Alatri juxta Montem Reum »
» cioè fino alle pertinenze di Monte Reo.

» Ne per escludere il Monte Reo
» dal Territorio di Tecchiena poter gio-
» vare alla Comunità di Alatri il signi-
» ficato della parola *juxta*, apposta nel-
» la riferita confinazione Camerale per
» la ragione, che separi il confinato
» dal confinante, poichè ciò cammi-
» nerebbe se la Camera Apostolica aves-
» se voluto descrivere li confini di Tec-
» chiena contermini della Comunità di
» Alatri, ma non poter mai procedere
» quando il Fiscale ha voluto sola-
» mente descrivere li confini delle Co-
» munità confinanti con Tecchiena, es-
» sendo che la confinazione comincia-
» ta a latere Civitatis Alatri presuppone,
» che da quella parte vi dovesse
» essere effettivamente territorio di Tec-
» chiena, altrimenti la confinazione
» predetta non avrebbe avuto luogo tan-
» to più, che i confini a quali trova-
» si apposta la parola *juxta* sono real-
» mente inclusi nel Territorio di Tec-
» chiena, come apparisce dall' accesso
» di Monsignor Pirelli.

» Per le quali cose tutte con-
» cludevasi per parte del Monastero, che
» la confinazione della Camera non so-
» lamente avvalorava il suo possesso
» nella facciata del Monte Reo verso
» Tecchiena, ma che inoltre davagli
» titolo, ed azione a tutto il Monte,
» tanto per la parte, che pende ver-
» so Tecchiena, quanto per l' altra,
» che guarda verso Alatri.

» In questo stato di cose aven-
» do Monsignore A. C. Pirelli ricono-
» scite insussistenti le ragioni, ed
» equivoci gli atti della Giurisdizione
» pretesa dalla Comunità di Alatri, do-
» po un lungo, e maturo esame del-
» la Causa, diede finalmente Sentenza
» di manutenzione al Monastero di San
» Bartolomeo, e perchè il luogo del-
» la controversia era l' acquapendenza
» di Monte Reo in facciata di Tecchie-
» na, così avendo il Monastero giusti-
» ficati, e concludentemente provato
» gli atti giurisdizionali di esso eser-
» citati nella medesima acquapenden-
» za, la manutenzione fu concessa,
» e ristretta a quella sola facciata con-
» designarsene nella Sentenza i confini
» già descritti nell' accesso, ed indi-
» cati nella Pianta cioè = a Via Ro-
» mana ascenden ad sbarram signatam
» in Mappa Litt. E. usque ad summita-
» tem dicti Montis, pro ea parte tantum
» a qua aqua pendet versus Teclenam,
» et inde descendendo ad Pontem si-
» gnatum Lit. D. et Pontem Guidi si-
» gnatum Lit. E. = come dalla copia
» della Sentenza, e della Mappa, che
» s' inseriscono nel presente Istromeuto
» del tenore ec.

» Perchè poi dal prelodato Mon-
» signore A. C. Pirelli nell' esame del-
» la causa per colorare il possessorio,
» fu gustato ancora del titolo, che dall'
» una, e l' altra parte si fondava sul-
» la verificazione, ed intelligenza de'
» confini nel territorio di Tecchiena
» giusta la sopra riferita descrizione
» fattane dalla Reverenda Camera Apo-
» stolica, così nella promiscua preten-
» sione di far cadauna, tutto suo il su-
» detto Monte Reo, tanto per la parte,
» che acquapende verso Tecchiena,
» tanto per quella, che riguarda verso
» Alatri, riservò ad ambedue le loro
» ragioni nel suo congruo giudizio pe-
» titorio, come dalla sopra citata Sen-
» tenza, alla quale ec.

» Non contenta di si fatta deci-
» sione la Comune d' Alatri ne interpo-
» se l' appellazione nel Tribunale della
» S. Rota per proseguire la lite, facen-

» done commettere la proposizione a
» Monsignore Illmo, e Rmo Ratta.

» In questo stato di cose la Sa-
» gra Congregazione del Buon Gover-
» no, che sempre invigila all' utile, e
» vantaggio della Comunità, essendo
» venuta in cognizione d'una tal lite, ne
» commise a Monsignore Illmo, e Rmo
» Mantica come Ponente la cognizione
» a fine di riferire le ragioni dell'una,
» e dell'altra parte per indi impedire
» il proseguimento, ed evitarne le spe-
» se molto considerabili con procurare
» un vantaggioso accomodamento alla
» Comunità, qualora le di lei ragioni
» fossero equivoche, e non avessero
» sussistenza.

» In esecuzione de'supremi com-
» mandamenti il prelodato Monsigno-
» re Illmo, e Rmo Mantica, avendo as-
» sunta la cognizione della sudetta li-
» te, e causa, esaminati gli accessi
» tanto di Monsignore A. C. de Zelada,
» che di Monsignore A. C. Pirelli, e le
» loro rispettive Piante; viste altresì,
» e considerate le ragioni, e scritture
» dell'una, e l'altra parte, riferì nella
» Congregazione Generale dei 29 Gen-
» nario prossimo passato essere la Sen-
» tenza di Monsignore A. C. Pirelli mol-
» to giusta, e ben fondata negli atti pos-
» sessorj pienamente, e concludente-
» mente giustificati per parte del det-
» to Monastero, e torbide altresì, e du-
» biose, mal fondate, ed equivoche le
» prove in contrario addotte dalla Co-
» munità di Alatri non meno nel pos-
» sessorio, che nel petitorio come quel-
» lo, che viene chiaramente favorito a
» pro del detto Monastero dalla let-
» tera, e spirito della sopra riferita con-
» finazione Camerale, e perciò per evi-
» tare il notabile, e grave dispendio
» della Comunità nel proseguimento del-
» la causa, e trarla nel caso niente
» lontano di soccombenza, dal peri-
» colo della rifazione delle spese mol-
» to considerabili a prò del Monaste-
» ro, essere egli di parere, che si pro-
» curasse un'onesto, e convenevole ag-
» giustamento con il sudetto Monastero
» di S. Bartolomeo.

» In vista di si fatta sincera,
» veridica, e prudente informazione di
» Monsignore Illmo, e Rmo Mantica
» Ponente, la Sagra Congregazione ven-
» ne nel di lui sentimento come più
» vantaggioso alla Comunità di Alatri,
» onde sotto il giorno 29 Gennaio die-
» de fuori la seguente risoluzione = Ad
» Eñam Præfectum cum Ponente, et
» Secretario pro omnimoda concordia

» stipulanda ex officio = ed acciò la Co-
» munità non si facesse lecito di pro-
» seguire la lite vi aggiunse la clauso-
» la = Et quoad Procuratorem ad men-
» tem = in virtù della quale fu da Mon-
» signore Illmo Mantica Ponente fatto
» intendere al di lei Procuratore, che
» non ardisse di proseguirla sotto le pe-
» ne ad arbitrio di essa Sagra Congre-
» gazione.

» In seguito pertanto di una si
» benigna, e favorevole risoluzione per
» la detta Comunità di Alatri, tanto da
» Monsignore Illmo, e Rmo Giuseppe
» Vincentini Segretario di essa Sagra
» Congregazione, fu assunto il tratta-
» to di accomodamento tra il Mona-
» stero de' Padri Certosini di S. Barto-
» lomeo di Trisulti, e per esso loro con
» il molto Reverendo Padre D. Biagio
» Maria Civaloni Professo della mede-
» sima Certosa, e dimorante nella Cer-
» tosa di Roma in qualità di Procura-
» tore, loro legittimo Procuratore con-
» ventualmente a tale effetto eletto spe-
» cialmente deputato in assenza del Rmo
» P. D. Pietro Paolo Maria Bedini Prio-
» re della sudetta Certosa di Trisulti,
» come dal mandato di Procura fatto
» in sua persona, ed in forma auten-
» tica a me Notaro stipolante si con-
» segna per iscriverlo al presente Istro-
» mento del tenore ec., e poscia pre-
» senzialmente, e personalmente con
» il medesimo P. Priore, e Visitatore
» Bedini, ed avendo trovata presso en-
» trambi questi due Padri Bedini, e
» Cicaloni tutta la propensione, e con-
» discendenza non meno per cessare
» dalla lite, e venire ad una amiche-
» vole concordia con l' Illma Comunità
» di Alatri, che di depositare a di lei
» favore nel Sagro Monte della Pietà
» di Roma, ed a disposizione della
» Sagra Congregazione del Buon Gover-
» no, e per essa dell' Eño, e Rmo Si-
» gnor Gard. Lante Prefetto la somma di
» scudi 700 moneta in considerazione
» della rinuncia da farsi dalla Comuni-
» tà alla sudetta lite, e rispettivamen-
» te a qualunque diritto, pretensione,
» e ragione, che la medesima avesse,
» o potesse avere nell'acquapendenza
» del detto Monte Reo verso Tecchie-
» na, giusta i confini designati, e pre-
» scritti nella riferita Sentenza di Mon-
» signore A. C. Pirelli tanto nel posses-
» sorio, che nel petitorio, e con altri
» patti, capitoli, e condizioni, come
» meglio si dirà in appresso.

» Quindi è che avanti di Noi
» Notari in solidum rogati, e testimo-

» ni infrascritti presenti, e personal-
 » mente esistenti l' Eñno, e Rño Sig.
 » Card. Lante Prefetto, Monsig. Illmo,
 » e Rño Giuseppe Vincentini Segreta-
 » rio, e Monsig. Illmo, e Rño Man-
 » tica Ponente della Sagra Congregazio-
 » ne del Buon Governo; viste, e consi-
 » derate le scritture, e ragioni della
 » predetta Comunità di Alatri: serven-
 » dosi non solo della loro rispettive fa-
 » coltà ordinarie, ma ancora di quelle
 » comunicategli dalla Sagra Congre-
 » gazione di stipolare sopra la predetta
 » Lite, e controversia territoriale tra
 » la Comunità di Alatri, ed il Ven. Mo-
 » nastero e RR. PP. Certosini di S. Bar-
 » toloмео di Trisulti qualunque Istro-
 » mento di transazione, e concordia
 » etiam ex-Officio, come dalla sopra
 » riferita risoluzione della medesima Sa-
 » gra Congregazione, alla quale ec. da
 » una parte ed il Rño P. D. Pietro Pao-
 » lo Maria Bedini, ed il Molto Rev.
 » P. D. Biagio Maria Cicaloni ne' loro
 » rispettivi nomi di Priore, e Procura-
 » tore della sudetta Certosa di S. Bar-
 » toloмео di Trisulti in riguardo, ed
 » a contemplazione della lodata riso-
 » luzione della Sagra Congregazione del
 » Buon Governo, e non altrimenti ec.
 » dall' altra tutti a Noi Notari cogniti
 » asserendo, ed affermando le cose di
 » sopra esposte, e narrate esser vere,
 » e verissime, e quelle come tali, e
 » per tali confermando, ed approvan-
 » do, in esecuzione pertanto d' esse,
 » e per ultimare le sopradette diffe-
 » renze nel riferito luogo di controver-
 » sia sono venuti alla presente stipo-
 » lazione di pubblico, e giurato Istro-
 » mento di transazione ordinato dal
 » prelodato Eñno, e Rño Sig. Cardinal
 » Lante Prefetto, e dagli Illmi, e Rñi
 » Monsignor Vincentini, e Monsignor
 » Mantica in virtù delle loro facoltà
 » come sopra nelli seguenti modi, e
 » forma cioè

» Primo che sia, e s'intenda a
 » favore di detto Venerabile Monastero
 » riservato, conforme detti RR. PP. Be-
 » dini, e Cicaloni si riservano il be-
 » neplacito Apostolico quatenus opus sit,
 » et requiratur, ed allora dà impetrar-
 » si, ed ottenersi a tutte, e singole spe-
 » se di detto Monastero, e PP. Certo-
 » sini di S. Bartolomeo di Trisulti, e
 » non altrimenti ec. perchè così ec.

» Secondo. Che ambe le parti
 » debbano rinunciare alla lite, e ri-
 » mettersi vicendevolmente alle spese
 » fatte per la medesima, come in fat-
 » ti le medesime parti scambievolmen-

» te, e vicendevolmente hanno rinun-
 » ciato, e rinunciano alla lite, e cau-
 » sa sudetta come sopra ancora inde-
 » cisa pendente, e suoi emergenti, ri-
 » mettendosi, e condonandosi hinc in-
 » de tutte, e singole spese in quella
 » fatte, a qualunque somma anche con-
 » siderabile, e considerabilissima as-
 » cendenti, facendosene una all' altra, e
 » l'altra all' una reciproca, scambievo-
 » le, finale, e generale, e generalis-
 » sima quietanza in forma anche per
 » patto ec.

» Terzo. In quanto alla termina-
 » zione de' confini territoriali tra la
 » Comunità di Alatri, ed il Feudo di
 » Tecchiena i confini siano, e debba-
 » no esser quelli prescritti, e designa-
 » ti nella Sentenza di Monsignore Illmo,
 » e Rño A. C. Pirelli, così, che l'ac-
 » quapendenza del Monte Reo verso
 » Tecchiena sia, e debba essere in-
 » contrastabilmente, ed in perpetuo ter-
 » ritorio del medesimo Feudo di Tec-
 » chiena cominciando dalla strada Ro-
 » mana, salendo per la sbarra detta vol-
 » garmente di Tecchiena nominata in
 » Sentenza, e segnata nella Pianta, che
 » s' inserisce nel presente Istromento del
 » tenore ec. *Lett. e piccola* sino alla som-
 » mità, o scrima di detto Monte Reo
 » per quella parte, che pende verso
 » Tecchiena, ed indi discendendo al
 » Ponte enunciato in Sentenza, e se-
 » gnatamente in Pianta Litt. D. qual
 » Ponte resta provato tanto nell' acces-
 » so di Monsignore A. C. de Zelada,
 » quanto di quello di Monsignor Pirel-
 » li essere il vero Ponte di Monte Reo
 » uno de' confini del territorio di Tec-
 » chiena dalla parte della Città di Ala-
 » tri descritto nella sopra riferita con-
 » finazione Camerale ivi = juxta Pontem
 » Montis Rei = e dal detto Ponte di
 » Monte Reo segnato Lett. D. proseguen-
 » do fino al Ponte di Guido segnato
 » Lett. E. parimenti descritto in detta
 » confinazione Camerale per un'altro de'
 » confini, del medesimo territorio di
 » Tecchiena = ivi = juxta Pontem Guidi =

» Quarto. E da detta sbarra di
 » Tecchiena, scrima di Monte Reo per
 » la parte, che acquapende verso Tec-
 » chiena, Ponte di Monte Reo, e Pon-
 » te di Guido siano i luoghi, e siti cer-
 » ti, sicuri, ed incontrastabili della ter-
 » minazione del territorio di Tecchie-
 » na secondo la Sentenza sudetta, co-
 » me tanto l'Eñno, e Rño Sig. Card.
 » Lante Prefetto, quanto gl' Illmi, e
 » Rñi Vincentini Segretario, e Mantica
 » Ponente con tutte le sudette fa-

colla liano inteso, ed intendono, che
 « siano, e debbano essere. Qual termi-
 « nazione, luogo, o luoghi, e precisi
 « siti, e vocaboli li sudetti Rm̃i P. Prio-
 « re Bedini, e Molto Reverendo P. Ci-
 « caloni ne' nomi come sopra, intendo-
 « no di approvare, come per il presen-
 « te Istromento mediante l' infrascritto
 « obligo Camerale, e giuramento in for-
 « ma tacto pectore in tutte le sue par-
 « ti l' approvano in nome, e vece del
 « Monastero, e PP. di Trisulti, rinn-
 « vando, qualora facesse di bisogno, il
 « loro assenso, e consenso, prometten-
 « do stare in perpetuo a detta termi-
 « nazione ita quod etc. de quo etc. et
 « non alias etc.

« Quinto. All' incontro li sudet-
 « ti Padri Bedini, e Cicaloni nei nomi
 « come sopra, e sotto l' istesso obligo,
 « e giuramento cedono, e rinunciano a
 « qualunque pretensione, e ragione, che
 « il sudetto Venerabile Monastero di San-
 « Bartolomeo di Trisulti avesse, o po-
 « tesse mai avere sopra l' acquapenden-
 « za del Monte Reo verso la Città di
 « Alatri non ostante la riserva delle ra-
 « gioni fatta a favore di esso Ven. Mo-
 « nastero in sentenza di Monsig. A. C.
 « Pirelli sopra detta acquapendenza del
 « Monte Reo verso Alatri.

« Sesto. E rispettivamente tanto
 « Sua Em̃za il Prefetto, che gl' Illm̃i,
 « e Rm̃i Signori Monsignor Segretario,
 « e Monsignor Ponente, con le facultà
 « come sopra, cedono, e rinunciano alla
 « riserva fatta in detta Sentenza di Mon-
 « signore A. C. Pirelli a favore della Co-
 « munità di Alatri sopra l' acquapen-
 « denza del medesimo Monte Reo ver-
 « so Tecchiena, volendo, ed ordina-
 « do, in virtù delle medesime facultà,
 « che l' acquapendenza del medesimo
 « Monte Reo verso Alatri, sia, e deb-
 « ba essere perpetuamente del territo-
 « rio Alatrino, ed altresì che l' acquapen-
 « denza del medesimo Monte verso
 « Tecchiena, giusta i confini di sopra
 « espressi, e prescritti sia, e debba es-
 « sere perpetuamente del territorio di
 « Tecchiena, e ciò anche per patto
 « espresso ita, quod etc. alias etc.

« Settimo. Li prenommati PP.
 « RR. Bedini, e Cicaloni, a fine di man-
 « tenere la pace, l' armonia, e tutta
 « la buona corrispondenza con detta
 « Illm̃a Città di Alatri, e suoi Cittadi-
 « ni, e far loro conoscere, che la li-
 « te finora agitata, e sopita mediante
 « la presente transazione, ed amiche-
 « vole concordia, non è stata per parte
 « del Monastero, e Monaci di Trisulti

sostenuta con animo di togliere, ed
 « usurpare l' altrui, ma unicamente per
 « difendere, e sostenere i proprj dirit-
 « ti, e ragioni, nei nomi come sopra,
 « per un contrasegno della loro stima,
 « ed affetto verso li Signori Alatrini,
 « e per qualunque ragione anche ino-
 « pinata, che a' medesimi potesse mai
 « competere sopra la detta acquapen-
 « danza del Monte Reo verso Tecchie-
 « na, giusta li confini sopra descritti,
 « e designati, tanto nel possessorio, quan-
 « to nel petitorio, a cui tanto l' Em̃o,
 « e Rm̃o Sig. Cardinal Lanze Prefetto,
 « che gl' Illm̃i, e Rm̃i Signori Monsi-
 « gnor Vincentini Segretario, e Monsi-
 « gnor Mantica Ponente, con le repetite
 « facultà, hanno rinunciato, e nuova-
 « mente quando facciano di bisogno ce-
 « dono, e rinunciano in nome, e ve-
 « ce dell' Illm̃a Comunità di Alatri: e
 « per titolo di simile rinuncia li sudet-
 « ti RR. PP. Bedini, e Cicaloni, nei no-
 « mi come sopra, sono condiscipoli, e
 « condiscendono di pagare, e sborsare
 « a prò di detta Comunità di Alatri,
 « siccome ora alla presenza di Noi No-
 « tarij in solidum rogati, sborsano, e pa-
 « gano la somma di scudi 700 mone-
 « ta, mediante un' ordine di simil som-
 « ma diretto al Sagro Monte di Pietà
 « di Roma, a favore di essa Comunità,
 « ed a disposizione della Sagra Congre-
 « gazione del Buon Governo, e per es-
 « sa dell' Em̃o, e Rm̃o Sig. Card. Lan-
 « ze Prefetto, quale originalmente tira-
 « no a loro, lasciatane pria copia col-
 « lazionata per inserirla al presente Istro-
 « mento del tenore, come ec., e ades-
 « so, e per quando l' avranno esatto,
 « se ne sono chiamati, e chiamano
 « pienamente contenti, e soddisfatti, e
 « ne hanno fatta, e fanno a favore di
 « detto Venerabile Monastero, e Mo-
 « naci di S. Bartolomeo di Trisulti quie-
 « tanza finale, e finalissima in forma,
 « anche per patto ec.

« Ottavo. Finalmente si convie-
 « ne, che d' ambi le parti si debba sta-
 « re, ed inviolabilmente, e perpetua-
 « mente osservare quanto si è conve-
 « nuto, disposto, ed ordinato nel pre-
 « sente Istromento di transazione, e
 « di amichevole concordia, obligandosi
 « vicendevolmente di evizione alias ad
 « omnia, damna etc.

« Nono. Che ancora nel caso, che
 « li particolari di detta Comunità quan-
 « tunque non abbiano alcun diritto, o
 « ragione, volessero cioè non ostante a
 « loro nome, e spese proseguire la su-
 « detta lite sopita, estinta, e termi-

» nata colla presente transazione , e
 » concordia , in tal caso tanto sua Emi-
 » nenza Prefetto, quanto detti Ill^{mi}, e
 » R^{mi} Monsignore Vincentini Segreta-
 » rio , e Monsignor Mantica Ponente in
 » virtù delle predette facultà vogliono ,
 » ed intendono, che la Comunità sia te-
 » nuta , ed obbligata a favore del me-
 » desimo Monastero , e PP. Certosini di
 » S. Bartolomeo di Trisulti alla libera-
 » zione delle molestie , ed in seguito
 » a tutte, e singole spese tanto giudi-
 » ziali , che estragiudiziali , che loro
 » occorressero di fare per sostenere ,
 » contro di particolari non meno la va-
 » lidità , e giustizia della presente tran-
 » sazione , che la di lei plenaria ese-
 » cuzione , e per la difesa, de loro
 » diritti , e ragioni ita quod ec. et non
 » alias ec.

» Qual concordia , e tutte , e
 » singole altre cose di sopra espresse ,
 » e narrate, le parti sudette nei rispet-
 » tivi nomi promettono esser buone ,
 » vere , valide , e legitime , bene , va-
 » lidamente , e legittimamente fatte
 » e come tali , e per tali sempre , ed
 » in ogni futuro tempo attendere , ed
 » inviolabilmente osservare , averle ra-
 » te , grate , valide , e ferme , e con-
 » tro non fare , dire , opporre , o ve-
 » nire sotto qualsisia pretesto , causa ,
 » ingegno , o figurato colore , altrimen-
 » ti oltre la precisa , ed inviolabile os-
 » servanza delle cose premesse voglio-
 » no essere tenute a tutti , e singoli
 » danni , de quali ec.

Sacra Con-
 gregatio Epi-
 scoporum , et
 Regularium ,
 supra relata
 concordiam
 approbavit , et
 executioni
 comitti posse
 mandavit.

§. 3. Inter cætera vero in eadem
 concordia expressa conventum fuit, quod
 pro firma validitate, et observantia om-
 nium pactorum, et conventionum in
 dicta concordia contentorum, Nostrum,
 et Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis be-
 neplacitum obtinere deberent ipsi ex-
 ponentes propriis sumptibus, prout re
 ipsa a Congregatione Venerabilium Fra-
 trum Nostrorum ejusdem S. R. E. Car-
 dinalium negotiis, et consultationibus
 Episcoporum, et Regularium præposi-
 torum obtinuerunt Decretum tenoris se-
 quentis nempe = *Sacra Congregatio
 Emorum, e Rmorum S. R. E. Cardi-
 naliū negotiis, et consultationibus Epi-
 scoporum et Regularium præposita, re-
 ferente E^{mo} Columna de Sciarra Po-
 nente, attenta relatione Episcopi Ala-
 trini, ac P. Procuratoris Generalis Or-
 dinis, benigne commisit eidem Episco-
 po, ut, veris existentibus narratis, et
 constituto sibi de evidenti Carthusice uti-
 litate, præfatam concordiam cum pa-
 ctis, et conditionibus supra expressis,*

*pro suo arbitrio, et conscientia appro-
 bet atque confirmet. Romæ 20 Maii 1763*

§. 4. Cujus vigore Venerabilis Fra-
 ter Joannes Franciscus Episcopus Ala-
 trinus, ac facultatis sibi attributæ suum
 edidit sequens Decretum = Nos Joan-
 nes Franciscus Cavallini Dei, et Apo-
 » stolicæ Sedis gratia Episcopus Alatri-
 » nus Sanctissimi D.N.PP. Prælati Do-
 » mestici, ac Pontificio Solio assistens,
 » et in hac parte Judex Commissarius,
 » visis Juribus, ex Testium depositio-
 » nibus formaliter inductorum, ex qui-
 » bus constat, concordiam, seu transa-
 » ctionem initam ex officio inter Com-
 » munitatem Alatrii ex una, et Vene-
 » rabile Monasterium, et RR. Mona-
 » chos Carthusiæ S. Bartholomei de Tri-
 » sulto Nostræ Alatriæ Diocesis ex al-
 » tera partibus, de qua in licentia Sac-
 » Congregationis Emorum, e Rmorum
 » S. R. E. Cardinalium negotiis, et con-
 » sultationibus Episcoporum, et Re-
 » gularium præpositæ, sub datum Ro-
 » mæ xx. Maii MCCLXIII. Nobis ex-
 » hibita, et in actis producta, conten-
 » ta, cedere in evidentem utilitatem
 » dicti Venerabilis Monasterii, causas-
 » que in precibus Sanctæ Sedi expres-
 » sas veritati niti, et coram Nobis ve-
 » rificatas esse, ideo vigore facultatis
 » in eodem Beneplacito Nobis tributæ
 » dicimus, et declaramus, præfatam con-
 » cordiam cum pactis, et conditioni-
 » bus in ea expressis approbandam, et
 » confirmandam fore, et esse, prout
 » præsentī Nostro Decreto, et juxta for-
 » mam præscriptam in dicto Benepla-
 » cito, et non alias etc. approbamus,
 » et confirmamus, omni etc. Datum
 » Alatrii ex Episcopali Palatio hac die 14.
 » Junii 1763.

Quod sane Re-
 scriptum exe-
 cutioni com-
 missum fuit ab
 Episcopo Ala-
 trino.

§. 5. Cum autem sicut eadem ex-
 positio subungebat, dicti exponentes,
 præmissa omnia, quo firmius subsistant,
 et serventur exactius, Apostolicæ confir-
 mationis Nostræ patrociniū communiri
 summopere desiderent. Nos igitur, ipsos
 Exponentes specialibus gratiis, et favo-
 ribus prosequi volentes, et eorum sin-
 gulares personas a quibusvis excommu-
 nicationis, et interdicti, aliisque Ecclē-
 siasticis censuris, sententiis, et poenis,
 quovis modo, et quacumque de cau-
 sa latis, si quas forte incurrerunt, hu-
 jus tantum rei gratia absolventes, et
 absolutum fore censentes, supplicatio-
 nibus eorum nomine Nobis humiliter
 porrectis inclinati, præinsertam con-
 cordiam, Decretumque ab ipso Joanne
 Francisco Episcopo vigore facultatis a
 memorata secundo dicta Cardinalium

Pontifex con-
 cordiam, Re-
 scriptum Sacræ
 Congregatio-
 nis, et Decre-
 tum Executo-
 riæ Aposto-
 licæ roborat fir-
 mitate.

Congregatione sibi attributæ in præmissis interpositum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et etiam substantiales defectus, si qui desuper in præmissis intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes, easdem præsentibus literas, ac in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio superiorum.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Monasterii, Ordinis, et Civitatis prædictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hanc vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ in Arce castri Gandulphi sub anulo Piscatoris die vigesima secunda Junii anni MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXLIX.

Dat. die 25.
Junii 1763.
Anno V.

Prævia dismembratione a Diœcesi Calaritano, Sulcitaneæ, seu Ecclesiensi Diœcesi suus iterum conceditur Antistes, qui ipsius Calaritanæ Ecclesiæ Suffraganeus declaratur.

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **U**niversi Christiani populi cura divinæ bonitatis consilio Nobis credita exigit, ut non modo amantissimi Pastoris sollicitudine dominico gregi præesse studeamus, sed vigilis quoque agricolæ partes implere enixe curemus, ne ager Domini, cujus cultura pluribus variorum Ordinum operariis distribuitur, ob nimis dissitas regiones, quas unusquisque sua administratione complectitur incultus remaneat, neque pro electo frumento zizaniam, et dumeta in eo succrescant.

Proemium.

§. 2. Cum itaque Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris Nostri Ignatii Mariæ Natta Archiepiscopi Calaritani expositum fuerit, ob plures Calaritanæ Ecclesiæ unitas Diœceses, earumque amplitudinem, cœli quoque varietatem, asperitatemque montium, accessu difficillimorum, unicum ad eas perlustrandas, propriique muneris partes implendas Præsulem, et Pastorem non sufficere, et populis, qui remotiores sunt, quam gravia in spiritali regimine obvenire detrimenta, quæ sane idem Ignatius Maria Archiepiscopus cum præsertim in Sulcitaneæ, olim, modo Ecclesiensis nuncupatæ Diœcesis visitationis decursu re ipsa compererit, ut animarum spiritali profectui uberius consultum sit, nullum aptius, magisque præsens remedium exhibendum invenit, quam ut Ecclesiensi Diœcesi, licet ea a duobus, et ultra seculis Calaritano Archiepiscopatu annexa fuerit, propriam, et peculiarem Præsulem, quemadmodum olim habebat, restitueremus, sive alias ea statueremus, quæ illius gregis salutis, ac divinæ gloriæ magis in Domino conferre arbitraremur.

Calaritana Diœcesis nimis ampla, incommodisque repleta, sub uno tantummodo Pastore regi recte nequit.

§. 3. Nos autem exinde certiores facti, in Ecclesiensi Civitate adhuc esse pervetustam Cathedralis Ecclesiam cum Capitulo, et Canonicis, mensamque Episcopalem satis redditibus instructam, dicti Ignatii Mariæ Archiepiscopi zelum, et par est commendantes, perspectum habentes, in magnam animarum illarum utilitatem evasurum, si proprium, et

In Ecclesiensi, olim Sulcitana Civitate existebat etiam nove Cathedralis Ecclesia, Capitulum, et Mensa Episcopalis, ut comode possent iterum de separato Pastore providere.

immediatum constituamus in ea Dicecesi Præsulem, qui jugiter illam perlustret, asperrima loca incunctanter visitare aggrediatur, plurima juxta ordinem disponat, et quæ provide statuenda erunt effectu confirmata conspiciat, utque ardentibus etiam votis obsecudemus carissimi in Christo Filii nostri Karoli Emmanuelis Sardiniae Regis Illustris, qui etiam, uti Patronus ad promovendam bonorum morum disciplinam, et spiritualem subditarum sibi gentium profectum, opportunam opem regioni illi per Nos afferri summoperè exoptat.

Pontifex prae-
via præceden-
tis unionis cum
Calaritana Ec-
clesia abrogatione, iterum
Sulcitanam, seu
Ecclesiensem
Dioecesim se-
parat, proprio-
que Pastore re-
gi jubet, suffra-
ganeo tamen
Archiepiscopi
Calaritani.

§. 4. Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, cujuscumque unionis, seu annexionis Sulcitanæ, seu Ecclesiensis Ecclesiae eidem Calaritano Archiepiscopatu Apostolica auctoritate quomodolibet factæ integrum tenorem præsentibus pro expressis habentes, unionem, seu annexionem hujusmodi, Apostolica, auctoritate, tenore præsentium perpetuo dissolvimus, Ecclesiamque Sulcitanam, seu Ecclesiensem cum omnibus, et singulis ejus juribus, jurisdictionibus, membris, et pertinentiis quibuscumque, ab Archiepiscopatu Calaritano penitus, et omnino separamus, eamque in pristinum, et eum, in quo ante unionem, et annexionem hujusmodi erat statum restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus, proptereaque illam statim ac Ecclesia Calaritana vacaverit, vigore hujus separationis ab ea sejunctim, conferendam esse decernimus; verum Archiepiscopali Ecclesiae Calaritanæ, illiusque Archiepiscopo pro tempore existenti, ipsam Sulcitanam, seu Ecclesiensem Ecclesiam, ac pro tempore existentem illius Episcopum in suffraganeam imposterum fore declaramus; itaque Archiepiscopus Calaritanus pro tempore existens, in eadem Sulcitanam, seu Ecclesiensi Dioecesi jus Metropolitanicum, juxta canonicas sanctiones, ac Concilii Tridentini decreta gerere, et exercere possit, ac respective debeat, et teneatur.

Clausula su-
blata, et decre-
ta irritans.

§. 5. Præsentes autem literas, et in eis contenta quecumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes, ad id vocati, et causæ, ob quas præsentibus emanarint verificatæ non fuerint, et ex quavis alia causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari non posse, sed illas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suumque plenarium

et integrum effectum sortiri, et obtinere, ac sub quibusvis revocationibus, vel contrariis dispositionibus nullo unquam tempore compræhendi, sicque in præmissis omnibus, et singulis, per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Apostolici auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cui-libet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

§. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac quavis unione seu annexione dictæ Sulcitanæ, seu Ecclesiensis Ecclesiae a prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus quomodolibet facta, et aliis constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiae Calaritanæ, illiusque Archiepiscopatus, et mensæ privilegiis, indultis, et literis Apostolicis, illis, et Præsulibus sub quibuscumque tenoribus et formis, ac alias in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque integro tenore specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quevis alia expressio habenda, seu quævis exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris latissime hac vice specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque.

Derogatio con-
trariorum.

§. 7. Volumus autem quod taxa CL florenorum in libris Cameræ Apostolicæ ratione ejusdem Ecclesiae Sulcitanæ, seu Ecclesiensis ante unionem, seu annexionem hujusmodi præfixa, deinceps servetur, illaque a taxa Calaritanæ Ecclesiae subducatur.

Taxa præfinitur persolvenda in nova Dioecesis Ecclesiensis provisione

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dissolutionis, separationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, quinto decimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Sanctio poenalis.

Dat. die 27.
Junii 1765. An-
no V.

CCCL.

Approbatio novi Statuti Collegii Salviati Orphanorum Urbis, quæ cavetur ut Alumni, qui e Collegio egressi sunt, et deinde ad meliorem devenerunt conditionem, teneantur persolvere eidem Collegio alimenta, nec non præscribitur ut ad Collegium idem spectet hæreditas Alumnorum, qui nullum relinquerint propinquum usque ad tertium gradum.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Alumni Collegii Salviati Orphanorum Urbis in actu receptionis jurare tenebantur, quod si decederent nullo condito testamento, vel nullis relictis hæredibus usque ad tertium gradum, ad Collegium decedentis hæreditas esset deferenda.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii deputati, seu administratores Collegii Salviati Orphanorum nuncupati Almæ Urbis Nostræ, quod bo: me: Antonius Maria, dum vixit, S.R.E. Cardinalis Salviati nuncupatus, ipsius Collegii fundator, inter cæteras Constitutiones, et regulas ab ipso Antonio Maria Cardinali, et fundatori pro bono illius et Alumnorum pro tempore in illo existentium regimine, gubernio, et administratione conditas, mandavit, ut quilibet Alumnus Collegii prædicti in die sui in eo ingressus promittere debeat in primis promptam observantiam omnium, et singularum Constitutionum et regularum, ac statutorum ipsius Collegii, ac secundo loco antequam in numero Alumnorum, sive inter Alumnos ipsius Collegii admissus sit, seu admittatur, juramento sese obstringi debeat, ut si contingat, eum in eodem Collegio viam universæ carnis ingredi, absque legitimis hæredibus, nempe absque fratribus, et sororibus, utroque parente conjunctis, sive extra illud absque eo, quod suum condat, aut condere queat testamentum, tunc bona quæcumque ad dictum Alumnus quomodolibet spectantia ad idem Collegium pleno jure pertineant, sive Collegium prædictum legitimus sit, et esse intelligatur hæres, prout in cap. tertio eorundem Constitutionum §. 22., et alias prout in dictis Constitutionibus, seu regulis, ac statutis, quorum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressimus, et insertum haberi volumus, prout uberius dicitur contineri.

Quod quum in desuetudine abiit, nova condito testamento, successore Collegii in casum decedens Alumni absque propin-

§. 2. Et quia interdum accidere solet, ut Alumni prædicti ab hac luce decedant absque legitimis hæredibus, et successoribus, ac consanguineis usque ad tertium gradum hujusmodi, qui condito testamento extraneos hæredes in suis

bonis, nulla habita forsana consideratione juramenti ut præfertur, præstiti, seu sub prætextu quod tempore, quo ipsi conceptis verbis, seu juxta formulam exhibitam juraverint, in ætate legitima nondum constituti non erant, eaque de causa in adultiori ætate dictum juramentum observare, et exequi minime tenerentur, constituere, et nominare pergunt, ac propterea dicti exponentes ad evitandas quascumque verborum interpretationes, quæstiones, et lites, magnis cum dicti Collegii sumptibus, in Congregatione die XIV. Martii proxime præteriti in Collegio præfato habita, proprio, et consentaneum existimaverint, eorum loco, quæ, ut præfertur, demandata, præscripta, et constituta fuerant ab eodem Antonio Maria Cardinali, et fundatore substituere decretum hujusmodi, nempe ut si contingat futuris temporibus dictos Alumnos postquam e dicto Collegio exiverint opibus, et facultatibus auctos ad pinguiorem fortunam devenire, teneantur dicti Alumni, vita eorum naturali durante, ac obligati omnino sint solvere ipsi Collegio alimenta percepta per totum tempus, quo in eo permanserint, juxta taxam, stylum, et consuetudinem dicti Collegii; nempe in scutis octuaginta monetæ romanæ pro singulis annis, et si ab hac luce ab intestato, absque hæredibus, et consanguineis usque ad tertium gradum inclusive decedere, eo casu idem Collegium in illorum bona, et hæreditatem succedere debeat, et hæres institutus intelligatur,

quis ad tertium usque gradum confirmata fuit, et obtentorum alimentorum persolutio favore Collegii, quoties ad meliorem fortunam devenerit Alumnus.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes decretum hujusmodi, quo perpetuæ, et inviolabilis legis, statuti, et Constitutionis, vim, et robur obtineat, et firmiter subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ auctoritatis Nostræ approbationis, et confirmationis robore, et patrocinio communiri summopere desiderant. Nos indemnitati dicti Collegii, quod paternis complectimur affectibus, illiusque commodo, et incremento, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes, ac dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum

Postulatur confirmatio novæ hujus sanctionis, eaque a Pontifice indulgetur perpetuo futuris temporibus observanda.

supradictum, ac omnia, et singula in eo contenta, et expressa, auctoritate Apostolica, tenore presentium de novo decernimus, statuimus, precipimus, confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, derogantes in hac parte, et ad effectum presentium ultimæ voluntati, ac cuicumque dispositioni in præmissis prædicti Antonii Mariæ Cardinalis, et Fundatoris omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplementus, et sanamus.

Clausula subla-
ta, et decretum
irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorè sub annulo Piscatoris die xxvii. Junii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno quinto.



CCCLI.

Dat. die 5. Julii
1763. An. V.

Approbatio resolutionis Capituli Generalis Ordinis Monachorum S. Benedicti Congregationis Cassinensis pro suffragiis præbendis Religiosis ex hac vita decessis.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoria

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Julius Andreas de Palma a Nola Procurator Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, quod per declarationes ad regulam ejusdem Sancti Benedicti, et per Constitutiones ipsius Congregationis, pro felici Monachorum ejusmodi Congregationis gubernio, et directione jam dudum jussu rec. mem. Innocentii Papæ XI. prædecessoris Nostri conditas, et subinde ab eodem Innocentio prædecessore auctoritate Apostolica confirmatas, inter cætera statutum reperitur, ut eveniente obitu cujusvis Abbatis regiminis, ab unoquoque Abbate regiminis decem, totidemque pro Abbate titulari a singulis Abbatibus titularibus a Prioribus respective claustralibus, sive titularibus; tres vero a singulis Decanis pro Decano, et una tantum Missæ a singulis Sacerdotibus pro Sacerdote in illorum suffragium celebrandæ essent, pro Clerico autem semel persolvendum Officium defunctorum duplex, seu sub ritu duplici a quovis Clerico; Demum pro Commisso defuncto a Commissis omnibus Corona Major de Domina nuncupata, vulgo *Rosario* dicta, eum requiem æternam etc. et in fine cujusvis Decadis recitanda esset.

Describitur
decedentium
suffragandi me-
thodus ex Or-
dinis constitu-
tionibus ab In-
nocentio XI.
approbatis.

§. 2. Capitulum vero Generale ipsius Congregationis ultimo loco celebratum, mature perpendens, quod in hac declaratione nihil præscriptum fuit pro Decanis titularibus, et aliunde numerus decem Missarum pro quolibet Abbate titulari defuncto ab Abbatibus titularibus celebrandarum, attento quod in dicta Congregatione pauci Abbates titulares, existunt, tenue suffragium esse videtur; æquum et consentaneum existimavit, supradictam declarationem, sive Statutum, aut Constitutionem commutare, declarando, ac statuendo, ut quilibet Monachus expresse professus ejusdem Congregationis in Sacro Presbyterarus Ordine constitutus cujusvis qualitatis, Superioritatis, et Dignitatis,

Capitulum
generale Ordinis
novam suf-
fragiorum præ-
standorum me-
thodum inve-
nit.

ac conditionis existens, unam Missam in suffragium animæ cujuscumque Monachi, sive Abbatis, Prioris, et Decani regiminis, vel tituli, aut Monachi expresse professi Congregationis hujusmodi ab hac luce decedentis imposteorum celebrare teneatur.

Novam a Capitulo generali invecam pro suffragiis methodum Pontifex approbat.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Procurator Generalis, nomine etiam dicti Capituli Generalis, quo nova declaratio, seu Statutum hujusmodi firmiter subsistat, et servetur exactius, non obstante supradicta alias facta, et huc usque observata, ac Apostolica auctoritate confirmata declaratione, et consuetudine, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio illam, seu illud commuiri summo opere desideret. Nos piis ejusdem Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes. eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, memoratam declarationem, seu Statutum a Capitulo Generali sæpedictæ Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, sicut præmittitur, factum, editum, ac etiam publicatum, ut singuli Monachi ejusdem Congregationis in Sacro Presbyteratus Ordine constituti cujuscumque qualitatis, dignitatis, gradus, et conditionis existentes, unam Missam in suffragium animæ cujuscumque Monachi expresse professi dictæ Congregationis, sive Presbyteri, sive Clerici, in posterum celebrare debeant, et teneantur, non obstante supradicta, ac quacumque alia declaratione in Constitutionibus prædictis contenta, et expressa, quæ præfato novo statuto, seu declarationi a Capitulo Generali prædicto factæ adversetur, cui per præsentis auctoritate Apostolica derogamus, cassamus, et irritamus (firmis in reliquis remanentibus dietis Constitutionibus, præsertim quoad Missam Conventualem in illis expressam) auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, qui desuper in præmissis intervererint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit, plenissime suffragari, et ab illis inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublatâ, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinibus, et Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Derogatio contrariorum.

CCCLII.

Dat. die 7. Julii 1763. Ann. V.

Confirmatio Decreti Sacræ Congregationis Episcoporum, et Regularium super omnimoda observantia Constitutionum Ordinis Bethlemitarum auctoritate Apostolica in Indiis Occidentalibus instituti, cum aliquibus declarationibus, et provisionibus opportunis.

Clemens PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Sacrosancti Apostolatus officium humilitati Nostræ per abundantiam divinæ bonitatis, nullo meritorum Nostrorum suffragio creditum, salubriter exequi, adjuvante Domino jugiter satagentes, ad ea, per quæ felici, prospereque Religiosorum Virorum sub suavi Religionis iugo divinis obsequiis mancipatorum regimini, et gubernio, illorumque tranquillitati, ac ipsorum Ordinum commodo et incremento consulitur libenter intendimus, munerisque Nostri Pastoralis partes propenso desuper studio interponimus, sicut Nos, locorum, personarum, rerum, et temporum qualitatibus mature pensatis, ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Procurium.

Dubia in Sacra Congregatione proposita a Superioribus, alisque Religiosis hujus Ordinis.

§. 2. Exposuit siquidem Nobis dilectus Filius Noster Joannes Franciscus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardinalis Ban chieri nuncupatus, Ordinis fratrum Bethlemitarum nuncupatorum Apostolica auctoritate in Indiis Occidentalibus instituti, apud Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem protector, quod alias pro parte et nomine dilectorum filiorum superiorum, et fratrum dicti Ordinis in sacro Presbyteratus ordinis constitutorum supplex libellum Congregationi venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, et consultationibus Episcoporum et Regularium præpositæ porrectus fuit, quo postulabatur affirmativa resolutio horum trium dubiorum, nempe: Primi = *An Religiosi Presbyteri Ordinis Bethlemitici exercere possint munus Secretarii Reverendissimi Patris Generalis, et officium Procuratoris Generalis in Romana Curia, ita ut electiones factæ substituantur?* = Secundi = *An electiones eorumdem Presbyterorum, utcumque non factæ per suffragia secreta, validæ fuerint?* = Tertii = *An pendente controversia super validitate electionum prædictarum, liceat Presbyteris Bethlemitis obtenta munera Secretarii Reverendissimi Patris Generalis in Romana Curia exercere?* =

Aliæ preces laudatæ Congregationi porrecte nomine Vice-Praefecti Generalis Mexici.

§. 3. Pro parte vero, et nomine dilecti quoque filii tunc existentis Vice-Praefecti Generalis Mexici, et assistentium sui diffinitorii supplex alius libellus comprobatus literis Venerabilis Fratris Emmanuelis Archiepiscopi Mexicani, prius datis claræ memoriæ Ferdinando, dum vixit, Hispaniarum Regi Catholico, inde ad bonæ memoriæ Joachimum, dum pariter vixit, memoratæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Portocarrero etiam nuncupatum, ejusdem Ordinis tunc Protectorem, eidem Cardinalium Congregationi porrectus fuit, quo expositum fuerat, in novissimo Generali ipsius Ordinis Capitulo anno MDCCLVII. celebrato, omnino illegitime, ac nulliter deventum esse ad electionem Presbyterorum memorati Ordinis pro muneribus Secretarii Generalis, et Procuratoris Generalis ablegandi ad Curiam Romanam, et alias quamplures invectas esse novitates Constitutionibus dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatis adversantes; ea propter urgebatur, decernendam fore novi Capituli Generalis convocationem, ad hoc ut omnia rite recteque juxta formam, et tenorem ipsarum Constitutionum perficerentur.

Sacra Congregatio statuit,

§. 4. Eadem vero Cardinalium Con-

gregatio, exquisito prius voto ipsius Joannis Francisci Cardinalis, et Protectoris, referente Venerabili Fratrem Nostro Friderico Marcello Episcopo Prænestino ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Lante nuncupato, re mature perpensa, rescripsit = *Serventur Constitutiones, et juxta votum dicti Joannis Francisci Cardinalis et Protectoris in omnibus; Cujus voto inæherendo specialiter decrevit, = Religiosos Presbyteros Bethlemitas exercere non posse munera Secretarii Generalis, et Procuratoris Generalis in Curia Romana, ideoque electiones eorumdem Presbyterorum non sustineri.* Cum autem, sicut dictus Joannes Franciscus Cardinalis, et Protector Nobis subinde exposuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti, aliisque in præmissis per Nos opportune provideri, et, ut infra, indulgeri summopere cupiat.

§. 5. Nos igitur felici, prosperoque dicti Ordinis regimini, et gubernio salubriter prospectum esse cupientes, supplicationis ipsius Joannis Francisci Cardinalis, et Protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, *Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecimus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenierint, supplemus, et sanamus:* ac dilecto filio moderno Praefecto Generali ipsius Ordinis, auctoritate Apostolica præfata committimus, et mandamus, ut ipse omnes novitates invectas contra tenorem, et dispositionem earumdem Constitutionum statim aboleat, et aboleri, ac illarum observantiam, pristinumque vigorem restituat, ac restitui curet, faciat, et mandet, ita tamen, ut de hujusmodi Nostris sibi injuncti Mandati executione ipse Praefectus Generalis, vel in casu sui obitus, dilectus etiam filius Vicarius Generalis dicti Ordinis apud eundem Emanuelem modernum, seu tunc existentem Archiepiscopum Mexicanum, antequam proximum Generale sæpedicti Ordinis Capitulum inibi anno MDCCLXVI, benedicente Domino habendum, celebretur, docere teneatur, sub indignationis Nostræ, ac privationis juris præsidendi in eodem Capitulo Generali proxime habendo, ut præfertur, ab alterutro id non adimplente, ipso facto incurrendis poenis; quo casu idem Archiepiscopus, tunc existens, eoque tunc impedito, illius Vicarius in-

servandas esse Ordinis Constitutiones.

Supra relatam decretum Pontifex approbavit, novasque addidit declarationes pro ulteriori Constitutionum observantia.

spiritualibus Generalis, seu Officialis, et si Sedes Archiepiscopalis Mexicana, quod Deus avertat, tunc vacans extiterit, illius *Vicarius Capitularis* legitime deputatus, in dicto *Capitulo Generali*, sicut præmittitur, proxime habendo, *auctoritate Nostra Apostolica præsideat*; et circumscriptis, abrogatisque omnibus innovationibus, ad novi *Præfecti Generalis* electionem ita deveniri faciat, ut ab eo exigatur *Juramentum in forma juris valida*, super omnimoda *observantia* dictarum Ordinis hujusmodi *Constitutionum*, præsertim de non admittendis *Fratribus Presbyteris* ad munia professoribus non Presbyteris reservata, tam scilicet quoad *Prælaturas*, ita ut *solummodo esse possint Discreti Conventuum, Magistri Novitiorum, et Assistentes Provinciæ*, quam vicissim quoad alia *munera*, seu *officia* solis ipsis professoribus non Presbyteris *Laicis* congruentia, ut sunt *Janitoris*, aut *Clavigeri*, aut *Vestiarii*, seu similia *materialia*, quæ dignitati non conveniunt Sacerdotali, ita ut *ad ea professores Presbyteri non adigantur*. Ad quem effectum *exemplaria earundem Constitutionum* nuper in alma Urbe Nostra typis edita cum additione *Italæ versionis*, ac *Textus Resolutionum*, ac *Literarum Apostolicarum*, quibus ipsæ *Constitutiones* nituntur, tum *ad singulos ipsius Ordinis Conventus*, tum *ad Archiepiscopum Mexicanum, et Limanum* transmitti, auctoritate et tenore præfatis debere volumus, præcipimus, et mandamus.

§. 6. Decernentes, easdem præsentem literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in futuram, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditorum, judicari, et definitum debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignorantem contigerit attentari. Non obstantibus *Constitutionibus*, et *Ordinationibus Apostolicis*: cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vii Julii MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ad exitum perducto Anno V. quoad materias Ecclesiasticas, assuetam servantes methodum, gradum faciunt ad Constitutiones alias hoc eodem Anno V. editas quoad temporalis potestatis exercitium.

Bull. Rom. Tom. II.

CCCLIII

Dat. die 27.
Augusti 1762.
Ann. V.

Confirmatio Cedulae Motus-proprij Sanctitatis Suxæ pridie Kal. Octobris 1760 super privilegiis Auditoribus causarum Palatii Apostolici concessis, nonnullisque aliis ordinationibus in dicto Motu-proprio insertis, cum specifica dictorum privilegiorum designatione.

Motus proprius qui hic confirmatur relatus a nobis fuit hujus continuat. Tom. I. sub. num. CLIV. pag. 345. ubi adnotatio apposita consulenda est.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**t si justitia, in qua virtutis splendor est maximus, apud omnes fere gentes semper in honore fuerit, summaque prudentia, et cultu foveatur: Ea tamen in Ecclesia Dei, virtutum omnium varietate circumdata, potissimum præfulgere debet et emicare. Quae de re Romani Pontifices prædecessores Nostri, ad justitiæ administrationem cuncta sapienter ordinantes, præter Tribunalia cætera, disparibus officii gradibus distincta, præstantissimum causarum Palatii Apostolici Auditorii Tribunal constituerunt, in quo semper Viri ex variis Nationibus selecti, et excellenti doctrina, singularique probitatis laude illustres ita sunt versati, ut quæ inde scita, sententiæque manarunt, decretorum, quibus Ecclesiasticæ, civilesque controversiæ dirimi queant, legumque firmissimarum loco, ubique gentium habeantur.

Romani Pontifices ad justitiæ administrationem cuncta ordinantes S. Romæ Tribunal constituerunt, et summo in honore habuerunt.

§. 2. Hic igitur præclaro Judicium cætui certa methodus judicandi, et gravitas causarum, quæ ad illum deferri possunt, eorumdem Pontificum suprema auctoritate designata erat, sed postremo fel. rec. Benedictus Papa XIV. prædecessor Noster, per suam Constitutionem incipientem *Justitiæ et Pacis Custodes*, editam sub Datum Romæ Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLVI Sexto Nonas Octobris, Pontificatus sui Anno Septimo, et causarum genera, quæ in Romana Curia judicium subire debent, earum videlicet, quæ alicui ex illius Auditoribus, sive uti Auditori, sive uti Prælato committi possent, summa prudentia, et æquitate distinxit.

Adenque certam methodum pro causarum gravitate in Rotulis judiciis servandam statuerunt.

A a a

Quam sane methodum Pontifex hic pro meliori iudiciorum exitu reformare duxit.

§. 3. Verum cum ad celeriores causarum in dicto Auditorio vertentium decisionem, et expeditionem procurandam in eventum æqualitatis suffragiorum, novam proponendi causas statuerit methodum: ubi primum Nos, divina favente clementia, ad supremum iustitiæ solium evecti fuimus, ex parte Collegii dilectorum filiorum causarum Palatii Nostri Apostolici Patronorum, Nobis fuit supplicatum, ut veterem usum restitueremus; alia quoque super iis, quæ in ipsa Constitutione sancita sunt, eodem ferme tempore, ad Nos delata fuit circa causarum minus gravium in ulteriori instantia commissiones, quas appellantis arbitrio, uni ex ipsius Auditorii Auditoribus, uti Præfato in eadem Constitutione committi posse concedebatur. Unde rebus mature perpensis, et auditis dilectis etiam filiis ejusdem Auditorii Auditoribus, nedum utrique instantiæ annuere, sed antiquam itidem consuetudinem circa numerum in studiis Auditorum restituere optantes; imminente tunc die, quo dicti Auditorii solemniter aperitio annis singulis haberi solet, schedulam quamdam Nostri Motus proprii manu Nostra signatam edidimus (*illius tenor omititur jam relatum in hac continuatione Tom. I. sub n. CLIV. pag. 345.*)

Super prece-
denter refor-
matis literis
Apostolicis ex-
pediendi man-
dat.

§. 4. Cumque Literarum Apostolicarum expeditionem, super iis, in præinserta schedula sancitis, quæ experientia quoque valde opportuna comperta sunt, ulterius differre, incongruum videatur: ea sumpta occasione, animi Nostri sensus erga præclarum hunc cœtum, illiusque personas, e quorum numero dudum fuisse gloriamur, iterum, atque iterum patefacere non omitimus.

Et quæ in præ-
cedenti Motu
proprio, aliis-
que Pontificiis
Constitutioni-
bus continen-
tur confirmat.

§. 5. Itaque recensentes Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, et prærogativas, ac privilegia omnia ipsorum Auditorum, quos itidem prædecessores Nostri Cappellanos et familiares, ac continuos commensales, Sedique Apostolicæ immediate subjectos declararunt, et Apostolicos crearunt Subdiaconos: Motu proprio et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nedum præinsertam Nostri Motus similis schedulam, cum omnibus et singulis in ea contentis, sed cunctas etiam Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, circa idem Auditorium editas Constitutiones et dispositiones, præsentibus Nostri non adversantes: privilegia quoque gratias, prærogativas,

immunitates, exemptiones, largitiones, et indulta eidem Auditorio, illiusque Auditoribus pro tempore existentibus, ab iisdem Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostri, et signanter a Calisto III. Martino V. Julio II. Leone X. Clemente VII. Paulo III. Alexandro VII. Clemente X. et Clemente XI. ac prædicto Benedicto, prout fuerunt jam pridem concessa, et elargita, dummodo privilegii hujusmodi, vel eorum cuilibet, hactenus directe, et expresse non fuerit derogatum; literarum Apostolicarum desuper expeditarum tenores, ac datas, perinde, ac si de verbo ad verbum insertis habentes: quascumque pariter leges, usus, stylos, consuetudines, observantias, ac facultatem, et auctoritatem omnem ipsius Auditorii, ac ejus Auditorum, harum serie confirmamus, et approbamus, illis Apostolicæ Nostræ auctoritatis vim, robur, et efficaciam adiicimus, ac omnes, et singulos, si qui in literis super privilegiis, et indultis hujusmodi expeditis defectus intervenerint, illos singillatim etiam pro expressis habentes, auctoritate Nostra per præsentem amplissime, ac plenissime supplementus: ac, quatenus opus sit, privilegia, et indulta præmissa adversus quancumque inobservantiam, seu desuetudinem, quocumque tempore continuatam, restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus: ac expresse præcipimus, et mandamus, ne deinceps contra illa quivis inobservantiæ, vel desuetudinis, vel etiam Pontificiæ voluntatis defectus opponi queat; neque ullo unquam tempore illis, ac præsentibus Nostri literis, sine expressa dicti Auditorii, ac illius Auditorum, et Locumtenentium mentione, specialique derogatione derogari possit, nec directe, vel indirecte censeatur derogatum.

§. 6. Porro, cum inter cætera ejusdem Auditorii, ac ejus Auditorum, et Locumtenentium privilegia, illa etiam enumerentur concessa, nimirum usus Altaris portatilis pro Missæ celebratione, juxta Clementis VII. sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDXXV. nonis Augusti, Pontificatus sui anno secundo: ac etiam expediendi gratis quascumque literas Apostolicas in eorum favorem per viam secretam, juxta alias, signanter Clementis X. prædecessorum præfatorum, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno etiam Incarnationis Dominicæ MDCLXXI. quartodecimo Kalendas Januarii Pontificatus sui anno secundo, respective ex-

Novis privile-
giis, et præro-
gativis Judicis
S. Rotæ conde-
corare decer-
nit.

peditas literas; ne illa in dubium revocari queant, aut super ipsarum literarum interpretatione, et usu aliqua suboriatur difficultas, utrumque presentibus Nostris literis asserere et declarare, quia etiam amplioribus prerogativis, potioribusque beneficiis illos augere volentes; ipsis Auditoribus, et Locumtenentibus modernis, et pro tempore existentibus, ut eorum singuli, domi propriae habitationis, nedum in Urbe, sed etiam in quibusvis Civitatibus, et Diocesibus, in quibus eos pro tempore commorari contigerit, Altare Sacra suppellectili instructum, ac in decenti loco, ab omnibus domesticis usibus libero, erigere, et supra illud Sacrosanctum Missae Sacrificium, bis, diebus singulis, etiam festis solemnioribus, et ante diluculum, et per horam post meridiem, absque aliqua Ordinariorum visitatione, et licentia, in eorum tamen praesentia, per quibuslibet Sacerdotes seculares, aut cuiuslibet Ordinis, et Iustitiae, annuentibus eorum superioribus, Regulares, celebrari facere, aut eorundem Sacrorum alterum per se ipsos, quatenus Presbyteri sint, celebrare, libere, et licite valeant: quod quidem Missae Sacrificium, in praecipiti adimplementum, etiam quibuscumque personis tunc praesentibus, plenarie suffragentur, perpetuis futuris temporibus concedimus, e indulgemus.

§. 7. Pariformiter praemissis Clementis X. praedecessoris literis inehaerentes, et quatenus opus sit, ex integro, perpetuis etiam futuris temporibus elargimur, ut quaecumque collationes, provisiones, et commendae Beneficiorum Ecclesiasticorum, Canonicatum, Dignitatum, Monasteriorum, et Ecclesiarum, nec non quaevis dispositiones, uniones ad vitam, praefactiones, pensionum reservationes, facultates, mandata, indulta, dispensationes, et quaevis literae Apostolicae, gratiam, vel iustitiam, aut utramque simul concernentes, quae per Nos, et successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, etiam promotionis, et praefactionis ad Ecclesias Episcopales, Archiepiscopales, vel Patriarchales, cum indulto tamen retentionis officii Auditoris in Consistorio Nostro concedi solito, ipsis Auditoribus, vel Locumtenentibus praefatis, quoad munere huiusmodi funguntur, in posterum concedentur, et ad eorum favorem expedientur, absque ulla taxarum, et emolumentorum ac etiam dimidia annatae, et communis, ac minorum servitiorum,

nec non aliorum quorumcumque iurium solutione, et exactione, sed gratis, et per viam secretam expediri debeant: ad quorum effectum, stylum, seu consuetudinem concedendi in Consistorio pro prima promotione ipsorum Auditorum ad Ecclesias praedictas, indultum retentionis officii Auditoris, hactenus servatum probantes, deinceps quoque servari volumus: itant ipsi Auditores in prima promotione, de eorum personis ad Ecclesias praedictas, Apostolica auctoritate facienda, et in expeditione Literarum Apostolicarum super eadem prima promotione conficiendarum, adhuc Auditores, et Locumtenentes in dicto Auditorio censi debeant: et insuper Venerabili Fratri Nostro Carolo Alberto Episcopo Albanensi S.R.E. Cardinali Guidobono Cavalchini nuncupato, Pro-Datario Nostro, et Dilectis filiis Nostris Carolo Tituli Sancti Laurentii in Damaso ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Rezonico nuncupato, Nostro secundum carnem ex fratre germano Nepoti, et praedictae S. R. E. Vice-Cancellario, ac Literarum Apostolicarum Summatori, et Nicolao Tituli Sanctorum Nerei, et Achillaei dictae Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Antonelli nuncupato, Literarum Apostolicarum in forma Brevis a secretis, nec non dilectis quoque filiis earundem Literarum Pro-Summatori, et Plumbatori Nostro, ac earundem literarum Apostolicarum Scriptori secreto nuncupato, eorumque in officiis huiusmodi successoribus pro tempore existentibus, in virtute sanctae obedientiae disricte praecipiendo mandamus, ut ipsi, et eorum quilibet, quascumque Literas praedictas per Nos, et successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, in favorem eorundem Auditorum, et Locumtenentium, ac eorum singularium personarum, ut praefertur concedendas, per eandem viam secretam, modo, et forma praemissis expediant, et relaxent, atque expediri, et relaxari permittant, et faciant.

§. 8. Praesentes autem literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemissis, vel illorum aliquo quomodolibet interesse habentes, seu habere putantes, ad hoc vocati, et auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, seu quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam pos-

Clausula sublatam, et decretum irritans.

Exemptionem a quacumque taxa in provisionibus Ecclesiasticis jam a Clemente X. indultam, confirmat, et ampliat.

se, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, et specialibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, aut aliis quibusvis de causis pro tempore factis, minime compræhendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ manabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, ac de novo concessas, semperque et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, eidemque Auditorio, illiusque Auditoribus, et Locumtenentibus nunc et pro tempore existentibus, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere; eodemque super præmissis omnibus, et singulis, vel illorum occasione, per quoscumque alios, quavis auctoritate, et præ eminentia fulgentes quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri nunquam posse: et ita per quoscumque Judices, ac Tribunalia etiam Collegialia, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio
contrariorum.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Innocentii IV. Sixti etiam IV. Innocentii VIII. et Pauli II. contra exemptos æditis, ac Pii IV. de gratiis interesse Camera Apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis, et insinuandis, aliisque Apostolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, etiam in favorem jurium Collegii Venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super expeditionibus Ecclesiarum, et Monasteriorum in libris Camera Apostolicæ taxatorum, ac itidem in favorem Collegiorum, Officiorum quorumcumque vacabilium Cancellariæ Apostolicæ, Romanæque Curie, etiam in limine eorum erectionis, ac in universalibus et Provincialibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus,

et ordinationibus: privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, dicto Sanctæ R. E. Cardinalium Collegio, et Camera præfatæ, et ab eis causam habentibus, nec non officiis præfatis, et quibusvis aliis personis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostrorum, et Sedem Apostolicam præfatam, vel alios quoscumque sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, atque innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti etiam forent, præsentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus, aliisque omnibus, et singulis, quæ Nos in præinserta Nostra schedula, aliique superius enunciati prædecessores Nostri in singulis eorum literis, indulta, privilegia, prærogativas, exemptiones, et gratias eidem Auditorio, illiusque Auditoribus, et Locumtenentibus attributa concernentibus, volumus, ac respective voluerunt non obstare, contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, quod ipsarum præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus ex Notariis dicti Auditorii subscriptis, et sigillo ipsius Auditorii munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, si forent exhibitæ vel obstensæ.

Transumptorum fides.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum confirmationum, approbationum, defectuum suppletionis, restitutionis, reintegrationis, præcepti, concessionum, indultorum, largitionis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se

Sanctio poenalis.

noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, sexto Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLIV.

Collegium Notariorum S. Rotæ in veterem statum restituitur, novæque leges cuduntur pro majori Tribunalis decore, et litigantium indemnitate.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei
Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium

§. 1. Licet curandum Pontifici Maximo sit, ut in Christiana Republica, res quæque summa fide integritateque administrantur, illud tamen semper prædecessoribus Nostris vehementer curæ fuit, ut in Judiciis, Tribunalibusque, non solum omnia recte, atque ordine re ipsa fierent, sed nihil etiam non decore, atque ordine fieri videretur. Id autem cum perpetuo Nobis ita animo, ac pene ante oculos obversetur, ut omne consilium Nostrum, operam, diligentiam in eo poni oportere judicemus postquam nonnulla de Auditorio ipso Causarum Palatii Nostri, quod præcipuum, honorificentiusque est, præ cæteris Urbis, Tribunal, et in quo Nos etiam ejus inter XII. Viros sedimus, constituimus, quæ ad illius amplitudinem conferre posse putavimus; de Collegio demum Notariorum ejusdem Tribunalis in veterem statum restituendo, certisque quibusdam legibus muniendo cogitavimus, ne qua re Tribunalis ejusdem decori, indemnitateque litigantium defuisse extimaremur.

§. 2. Alias siquidem super precibus Nobis a Notariis Auditorii causarum Palatii Apostolici oblatis, particulare quamdam delegimus duorum ex S. R. E. Cardinalibus, et aliquot Romanæ Curie Prælatorum Congregationem, ut ea Nobis referret, qua ratione foret consulendum Notariorum eorumdem juribus, et prætensis oneribus, nec non defectui integri Regestri documentorum omnium, penes ipsos productorum, a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris demandati, quod Notarii ipsi modo superfluum esse contendebant.

Postquam autem eadem Congregatio pluries coacta fuerit, expensis omnibus, singulisque circumstantiis serio consideratis, inspectaque methodo, qua documenta originalia actis tradita servantur a Notariis; sub die xxviii. Maji proxime præteriti, cum ipsa Congregatio a dilectis filiis Nostris Cajetano Tituli Sancti Augustini dictæ S. R. E. Præbytero Cardinali Elephantutio nuncupato, et Cornelio Sanctorum Cosmæ et Damiani, ejusdem S. R. E. Diacono Cardinali Caprara etiam nuncupato, ac dilectis etiam filiis modernis Cameræ Apostolicæ Thesaurario Generali, et Auditore Nostro, ac præfati Auditorii Decano, nec non ejusdem Cameræ Commissario Generali, ac itidem Magistro Paulo Francisco Antamoro Signaturæ Nostræ Justitiæ Votante, uti Congregationis hujusmodi Secretario, componeretur, articulos quosdam resolutionum et ordinationum, ut infra coordinatos, et digestos per Nos approbandos proposuit.

I. Absolvendos esse Notarios ab omissa Regestrorum confectione, ac etiam a neglecta custodia, vel recuperatione scripturarum, absque tamen partium præjudicio, si, et prout juris fuerit: item communem massam inter ipsos ab Anno MDCCLI. hactenus factam, cessante proinde in colligantium commodum, occurrentibus Turini mutationibus, necessitate, acta ab uno ad alium Notarium deferendi, deinceps quoque observandam esse.

II. Novam methodum recens totius Curie plausu introductam, scribendi cujuslibet causæ acta, secundum ordinem, in sejunctis foliis vulgo *Quinterni*, quæ exacto anno in Libros etiam vulgo *Protocolli*, et *Brogliardi* nuncupatos, cum distinctis Indicibus, rediguntur, quam diligenter esse continuandam: ac in iis per extensum Commissiones omnes, etiam Subrogatorias, Sententias, Decreta definitiva, Appellationes, Renunciationes, Citationes, Intimationes, Interpellationes, ac id omne quod ad acta, et judicii ordinem attinet, describendas esse.

III. Documenta, et jura producta servanda esse in distinctis fasciculis, facta super iis brevi, eorum quæ continent inscriptione, ac etiam mensis, et Anni, quo fuerunt producta: quoties vero illa parti instanti commodanda forent, id vetitum sit, nisi Causidicus requirens, Notario fuerit probe notus, et in Libro *Accomodatorum* proprio caractere fassus fuerit, illa rece-

Sequitur tenor novarum ordinationum a prælaudata Congregatione propositarum.

Dat. die 28. Decembris 1762. Ann. V.

Congregationem specialem Pontifex deputavit pro audiendis novis ordinationibus, et præscriptionibus.

pisse, sub restitutionis debito: quod si eorum copiæ tantum requirerentur, illæ emolumento in taxis præscripto, et a Clemente XII. prædecessore Nostro in ejus reformatione approbato, concedi debeant.

IV. Expeditis causis, infra bimestre post exactum quemlibet annum, completum esse debeat Regestrum, incipiendo a præsentatione Commissionis, usque ad sententiam, et appellationem, vel renunciationem inclusive, absque eo tamen, quod acta judicialia per extensum referantur, sed indicando solum commissiones, citationes, productiones, protestationes, omniaque alia, relative ad folia Broliardi, seu Broliardorum, in quibus juxta prædictam novam methodum consecutive compræhenduntur; et sic agendo exigantur Regestrorum emolumenta ad normam taxarum, perinde ac si omnia per extensum registrata fuissent.

V. Absoluto Regestro, servari et reponi debeant scripturæ originales in fasciculis separatis, quibus singulatim titulus apponatur, verba continens: *Jura diversarum expeditarum Anni ec.* ut distinguantur ab aliis fasciculis scripturarum in causis nondum expeditis, et quarum jurium proinde adhuc non fit regestrum *ex officio*: sed instante alterutra ex litigantium parte, regestrum confici poterit, soluto solito juxta taxas stipendio, et alter hic fasciculus notari poterit titulo: *Jura diversa causarum pendentium Anni ec.*

VI. Ad prædictorum omnium complementum, injungi debeat Notariis obligatio, bis saltem in anno librum *Accomodatorum* scrutandi, adnotando scripturas eatenus accomodatas, quæ subinde confestim erunt recuperandæ.

VII. Post ultimam Rotam, quæ habetur in Quadragesima, videlicet instantibus Feriis Paschatis Resurrectionis, a Decano, ac duobus Auditoribus senioribus, una cum eorum Depositario, visitentur quolibet anno officia, et ejusdem visitationis occasione exhibere debeant Notarii, se recuperasse non solum scripturas *Accomatas*, sed etiam Regestra causarum expeditarum explevisse, omniaque alia desuper contenta adimplevisse, quod si qui forte in aliquo defecerint, possint ab iisdem Rotæ Auditoribus ad adimplementum cogi, interpositis pænis pecuniariis, Manu Regia, ac etiam officii, et emolumentorum ipsius spectantium suspensione: si vero omissio fuerit ex parte Causidicorum, qui requisiti, scripturas reddere regu-

saverint, tunc ipsi Visitatores, etiam contra ipsos pænis pecuniariis, ac Manu Regia, ut supra, procedere possint.

VIII. Ne imposterum tam sententiæ, quam decreta, ac Decisiones Rotalis careant præcedentium actorum productione, iterum imponi debeat, quod in causis appellationum Auditorio Rotæ directis, non subscribantur dubia a Ponentibus, nisi prius Rotalibus officiis transmissa sint Extracta, Processus, Acta, et Documenta primæ instantiæ, ac nisi præcesserint solitæ citationes: *Ad dicendum contra commissionem, et contra jura*: juxta præscriptum Decreti, ab eodem Tribunali, cum approbatione Clementis XII. die XIII. Octobris MDCCXXXIX. emanati, quod impressum legitur, et ab eodem Pontifice confirmatum fuit in sua Constitutione quæ incipit: *Romanus Pontifex §. 7.* sub Datum XXVII. Januarii MDCCXLI. Et a Notario omnium gestorum cum juramento fides exhiberi debeat ejusdem causæ Ponenti, alias dubiorum subscriptio suspendenda erit. In causis pariter primæ instantiæ, quæ vel ex commissione speciali, vel ex consensu partium, vel quocumque alio modo eidem Auditorio Rotæ committentur, ad dubiorum subscriptionem minime sit procedendum, nisi prius præcesserit citatio: *Ad dicendum contra commissionem, et ad dicendum contra jura*: et productio documentorum, et scripturarum partis illius, quæ instabit pro concordatione ac subscriptione dubii, seu dubiorum, excepto tantum casu, quo ab eadem Rota definitive non sit pronunciandum, sed suum tantummodo tribuendum votum alieno Judici, vel Tribunali, coram quo facta, vel facienda foret opportuna productio, et necessariæ citationes intercesserint.

IX. Videtur insuper expedire, renunciationes causarum Rotalium, post publicatam Decisionem, seu Decisiones, eoque magis post emanatam sententiam, omnino fieri debere in actis Rotalibus, et coram eodem Ponente, ut pateat exitus causæ, derogando etiam, quatenus opus sit, Constitutioni Benedicti XIII. quæ incipit: *Quum nostrum in primis §. Si causa terminata fuerit.* emanatæ die XXVIII. Aprilis MDCCXXVIII. Ideoque statuendum esse, quod si renunciationes diversimode fierent, a parte victricis libere procedi possit ad expeditionem causæ, perinde ac si renunciatio facta non fuisset, ac respective plenum jus habeat repetendi expensas expeditionis, vel eidem parti victrici licitum

sit pro suo arbitrio, renunciationis, extra acta Rotalia factæ, probationem in iisdem actis producere, coram causæ Ponente, solvendo tamen emolumentum, prout in dicta Constitutione Benedicti XIII. loco citato, præscribitur: quæ quidem solutio erit repetenda infra cæteras expensas, cujusque productionis vigore, procedendum erit in eadem Rota, ad taxam expensarum, seu Mandatorum relaxationem, aliorumque actorum executionem: neque eorumdem renunciationum vigore a Tribunali Auditoris Camerae, vel a Judice primæ, vel alterius instantiæ ad taxam expensarum, seu Mandatorum expeditionem procedi possit, sub pœna nullitatis; semper enim recurrendum erit ad eundem Judicem, cui ante renunciationem causa erat devoluta. Injungendum tamen ejusdem Rotæ Notariis, ne forte audeant ullo umquam tempore, receptionem dictarum renunciationum differre, sed eas, si legitime exhibitæ sint, illico transcribere debeant, alioquin transgressor hujusmodi possit removeri, quoties Decano recursus fiet.

§. 3. Verum, cum ex iis ipsa Congregatio, omnibus satis provisum esse minime arbitraretur, et in congressibus habitis pluries fuerit deductum, satius fore, necum illorum Notariatuum conditionem quæ venaliter ad vitam concedebantur, immutare, sed gratuitam prorsus reddere ad eos exercendos deputationem: idcirco ex ipsius Congregationis sensu, Decano dicti Auditorii, et eidem Magistro Paulo Francisco injunctum fuit, ut ipsi opportunam methodum, qua, sublata venalitate officiorum, rectius illa administrarentur, excogitarent. Cum autem provido consilio, diligentique opere eorumdem Decani dicti Auditorii, et Magistri Pauli Francisci demandata methodus, post plures inter eos habitos congressus, concordata, et descripta fuisset, ac de ipsa certior factus prædictus Thesaurarius Generalis, qui perutilem huic rei contulit operam, nil objiciendum depræhenderit: in postrema Congregatione, die v. præsentis mensis habita, ab ipsis Cardinalibus, et Prælatibus, in eam ut præfertur adscitis, unanimi voto, quod Nobis proponi posset existimatum fuit.

§. 4. Nos igitur, qui providas ordinationes, resolutionesque in præmissis articulis digestas, nec non methodum pro eorumdem Notariatuum administratione designatam mature perpendimus, hæc omnia in id maxime conducere censemus, ut amplius deco-

ri illius Tribunalis, et litigantium ac publicæ securitati, nec non idemunitati Camerae Nostræ Apostolicæ prospectum sit, Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præmissas resolutiones, et ordinationes, cum omnibus et singulis in eis contentis et expressis, Apostolica auctoritate, easdem tenore præsentium ita confirmamus et approbamus, ut ea omnia in præmissis articulis Nobis proposita, modo Nos harum serie ex integro et de novo statuamus, proptereaque illa, perpetuis futuris temporibus exequi et observari præcipimus et mandamus: absoluteionem vero dictis Notariis, supra expresso tamen modo et forma, concedimus et indulgemus.

§. 5. Præterea ad defendendam prorsus venalitatem officiorum Notariatuum eorumdem, quorumvis Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, et præcipue Pauli V., qua officia hujusmodi Vacabilia et venalia reddita fuere, ac Clementis X., qua confirmata venalitate, ad quatuor fuerunt redacta, Constitutiones, seu schedulas eorum Motus proprii: nec non facultates quaslibet de officiis ipsis disponendi vel ad ea nominandi, et pretium recipiendi, etiam pro tempore existenti Cardinali S. R. E. Camerario, ac prædicto Auditorio, seu quibusvis aliis, ab ipsis prædecessoribus Nostris quomodolibet concessas, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, specialiter, et expresse revocantes, et de medio tollentes: eadem quatuor officia vacabilia, quorum pretium juxta quantitatem a Camera Apostolica vere perceptam, titularibus seu proprietariis singulis, per eandem Cameraam restitui mandavimus; ipsorumque officiorum titulos et concessionem, vel collationes cum reservationibus, seu decretis in eis contentis, pari motu, scientia, et potestate, eadem auctoritate, penitus et omnino supprimimus, extinguimus, et abolemus: omnes vero fructus, redditus, et proventus, ac jura quæcumque, et emolumenta ad ipsa officia, illaque obtinentes, et exercentes quomodolibet spectantes et spectantia, eidem Camerae Apostolicæ perpetuis futuris temporibus applicamus, et appropriamus.

§. 6. Ut autem Tribunalis ipsius Auditorii judicialia acta deinceps diligentius peragantur, documenta vero producta exactius custodita serventur, simulque a litigantibus absque quærela, quæ ad Notariatuum spectant jura exigantur; harum serie expresse præcipi-

Veteribus Constitutionibus revocatis, vacabilia officia Notariatuum Rotalis supprimit, etque Apostolicam Camerae applicat.

Præudata Congregationi injunctum ut methodum proponeret pro tollenda venalitate officiorum Notariatuum Rotalis.

Pontifex ordinationes Congregatione deputata proponit, et confirmat, et perpetuo observari mandat.

Unus ex Rotabilibus Notariis, cæterorum præsides, et Arcarius deputatur, atque illius electionis modus statuitur.

mus, et mandamus, ut Notarius probitate, et scientia præditus deputetur, qui aliis, et directioni officiorum præerit, ac sedulo curabit, acta, ut par est, scribi, et confici, documenta, et scripturas fideliter asservari, nec non omnia ordinatim fieri: ipse quoque Notarius præsidens, Arcarius erit emolumentorum omnium ad Notariatus jura pertinentium. Ob quæ ad munus hujusmodi ex nunc, et quoties illud vacare contigerit, una seu plures personæ a dicto Thesaurario Generali proponantur ejusdem Auditorii Decano, qui illas, etiam juxta Pauli prædecessoris prædicti Constitutionem, diligenter examinare debet: si autem plures erunt personæ æque in examine approbatæ, meritum, et ac idoneitatis paritate in eis concurrentibus, præelectio personæ ad eundem Thesaurarium Generalem spectabit, quatenus vero unicus ex propositis personis fuerit approbatus, ille ex reportata approbatione censebitur electus, et ad salarium in postrema Congregatione, ipsi quemadmodum aliis Notariis, et ministris eorumdem officiorum præfinitum, admittatur, cum assignatione mansionum officii ipsis contiguarum, ut illorum custodiæ, omnibusque ei incumbentibus præsto adesse possit.

Eidem Notario præsidenti onus injugitur conficiendis singulis annis elenchum librorum, scripturarum, et documentorum.

§. 7. Præter autem præmissa, hujus Notarii, qui aliis præerit, munus erit, elenchum generalem conficere omnium librorum, et fasciculorum scripturarum, et documentorum, ac processuum, nec non eorum registrarum, acta coram Judicibus in præcedentibus instantiis facta continentium, quæ quidem vulgo *Protocolli, Filse, et Estratti* nuncupantur, ac etiam omnium et singularum aliarum rerum, et scripturarum in ipsis officiis existentium, et quæ esse debent: ac sub initium cujlibet anni similem adjiciet elenchum novarum rerum, quæ proxime præterito anno acta, sive ad officia delata fuere, sicque de anno in annum peragatur, ut omnia successoribus tradi possint; curet quoque, ut universæ Curie Romanæ commodo, pateant officia singulis non feriatis diebus, ac etiam feriatis, dummodo illi in ipso Auditorio juridici sint, ab hora, qua signum campanæ Curie Cameræ Apostolicæ dari solet, tum matutina usque ad meridiem, tum vespertina usque ad solis occasum, ac facultatem habeat alios Notarios, Substitutum, et Ministros, ut officiis intersint et propria munera adimpleant adigendi, indicta aliqua pecuniaria multa, et in eventum defectus

alicujus, multas persolutas inter diligentiores suo arbitrio distribuat.

§. 8. Cumque ipse Notarius præsidens, administrator quoque proventuum, et emolumentorum omnium esse debeat, ideo designatum habeat librum, in quo dietum, proprio caractere, proventus omnes, et expensas adnotet, et ab aliis Notariis qualibet hebdomada, vel saltem infra mensem rationes recipiat. Idem quoque salaria Notariis ipsis, Substituto, Auditori, et Novitio juxta resolutionem dictæ postremæ Congregationis, mensibus singulis, ex proventibus officiorum persolvat: quolibet vero anno pro tempore existenti Thesaurario Generali accuratam rationem reddat proventuum omnium exactorum, et expensarum, quæ, jam præfinitæ sunt, et aliarum etiam, quæ, prævia tamen approbatione, ac de mandato ejusdem Thesaurarii Generalis et non alias, contingere poterunt. Quod vero supererit in credium Cameræ Apostolicæ omnino deponi debeat, unde ad faciliorem computorum redditionem, Notarius ille præsidens in duabus distinctis arcis pecunias servabit, in una videlicet proventus omnes officiorum ad Cameram Apostolicam pertinentium, et in alia ea incerta emolumenta, quæ inter ipsos sunt dividenda.

Nec non administratio committitur omnium proventuum a singulis officiis derivantium sub lege redditionis rationis.

§. 9. Et quoniam quatuor officiis per Nos suppressis, totidem Notarios in arte peritos, una cum præsidente Collegii Notariorum dicti Auditorii constituentes, præficere intendimus, ideo statuimus, quod Notarius præsidens pro tempore existens, illos, prævia tamen scientia Thesaurarii Generalis præfari, æligere possit, sed illorum approbatio ad ejusdem Auditorii Decanum spectet, qui Notarios illos pro tempore deputandos examinare debeat, et quatenus habiles fuerint, opportunas patentes literas eis concedet. Munus autem eorumdem quatuor Notariorum, erit, scribendi acta causarum in eodem Auditorio pendentium, juxta alphabeticam coordinationem, desumptam ex titulis causarum, et in quatuor partes divisam, prima erit a Littera A usque ad E inclusive, secunda a Littera F ad O etiam inclusive, tertia ex Littera R tantum constabit, quarta demum a littera P usque ad alphabeticam finem. Ipsi quoque ad legendas coram ipsius Auditorii Auditoribus citationes in causis ad eos respective, juxta præmissam alphabeticam divisionem spectantes, sese conferre debebunt. Quatenus vero aliquis eorum, vero impedimento deten-

Modus eligendi in posterum Notarios Rotales præfinitur, et munera designantur quibus incumbere debent.

tus fuerit; aut alio diverterit, alterius ex Notariis opem implorare poterit.

Quilibet ex Notariis tenetur receptorum regestrum habere, atque de receptis rationes reddere Notario præsidenti.

§. 10. Item, quilibet ex Notariis proprium retineat *Receptorum* librum, in quo adnotabit dietim summas, quas in expeditionibus causarum, aut aliunde recipiet, habita tamen relatione ad librum *Computorum*, ubi calculus omnium erit descriptus, ideo expediens erit, quod liber ille *Computorum* a Notario aliis præsidente custodiatur. Quum autem ipsi quatuor Notarii in libris *Receptorum* aliquam scribebant solutionem, titulum causæ, diem, et annum solutionis, summam receptam, nomen personæ solventis, folium libri *Computorum*, ex quo calculus integer patet, exprimere debebant: e converso vero, ut semper relatio inter utrumque librum inspici queat, in libro *Computorum* minime precedunt, prout sunt, ex communicatione jurium productorum, et aliis incertis, illæ quoque describi debebant in *Receptorum* libro, indicando folium libri *Accommodatorum*, et alius *Inceptorum*. In his vero adnotandum erit folium libri *Receptorum*, ubi receptio constat, et illius Notarii nomen, qui pecunias recepit.

A solo Notario præsidente servari debet liber incertorum, de quo illis rationem reddere tenetur.

§. 11. Penes Notarium præsidentem asservari debeat dictus liber, qui unicus erit, sub titulo: *Inceptorum*: in quo describentur omnia incerta emolumenta percipienda, uti sunt viatica, strenæ substituti, et aliorum in expeditionibus causarum, et quodlibet aliud similis speciei emolumentum, ex quo post exactum annum, a Thesaurario Generali, et Decano ipsius Auditorii inspicere possit, ad quam summam ea ascendant, et præfiniri rata Notario præsidenti, aliisque quatuor Notariis, Substituto, Auditori, et Novitio assignanda. Ea tamen rata semel primo anno præfixa, amplius variari nequibit.

Accuratiores præscriptiones pro recta perceptione redditione rationis.

§. 12. Ita quoque unicus erit *Accommodatorum* liber summa diligentia custodiendus: ejus autem emolumenta in libro *Receptorum* describenda erunt, et singulorum mensium instante fine, quilibet ex Notariis rationem etiam de illis reddet Notario præsidenti, sicut de aliis emolumentis, quæ is in arcam Cameræ Apostolicæ qualibet hebdomadâ, seu singulis quibusque mensibus referre tenebitur, ac eodem ferme tempore in eodem *Receptorum* libro diem, et summam receptæ quantitatem, ac Notarium, a quo illam recepit, adnotabit, eidemque proprio nomine subscribet.

Notariis Notariis assignatur Substitutus,

§. 13. Etsi quatuor futuri sint Notarii Collegium constituentes, nihilomi-

nus unicus esse debet eorum Substitutus, et alius Adjutor, ac demum Novitius. Substituti munus præcipuum erit, citationes coram Tribunali Signaturæ Justitiæ legere, ipseque cum aliis sub Notariorum directione Curialibus deserviet: ii quoque poterunt exarare regestra, recepta mercede, arbitrio ejusdem Thesaurarii Generalis. Unus porro ex hisce scripturas commodatas repetat, computa exigat, ac id omne ipsi exequi debebunt, quod eis a Notario præsidente fuerit præceptum: neque ipsi ultra præfixum in dicta postrema Congregatione salarium, ratam incertorum in fine anni statuendam, et pro copiis regestrorum mercedem, quidquam aliud prætere posse possint: quoties vero ii officiorum Ministri aliis vacarent occupationibus, Notarius præsidentis, ad eadem regestra conscribenda Amanuensium operam, mercede ipsis quoque a dicto Thesaurario constituta, adhibere poterit.

Adjutor, et Novitius, eorumque functiones designantur.

§. 14. Quoad eorundem Substituti, Adjutoris, et Novitii deputationem, statuimus, quod quamvis illi, prævia scientia Thesaurarii Generalis, a Notario præsidente proponi debeant, ante tamen eorum admissionem, ipsius Auditorii Decanus illos examinet, præcipue super praxi et stylo Notariorum, et an polleant qualitatibus, ut habiles effecti, Novitius in Adjutorem, iste in Substitutum, et respective Substitutus in Notarium, repetito ut supra examine, deputari queat.

Quomodo Substitutus, Adjutor, et Novitius sint eligendi.

§. 15. Cumque Auditorium dictarum causarum, idest illius Tribunal, etiam juxta prædictam dicti Pauli prædecessoris Constitutionem, ex redditibus, et proventibus Collegii ejus Notariorum annis singulis, summam Millecentum quinquagintaduorum scutorum monetæ romanæ percipere debeat: ideo Thesaurarius Generalis pro tempore existens, Cameræ Apostolicæ nomine, singulis quibusque annis, penes Montem Pietatis de Urbe similem summam in quatuor æquales ratas divisam, juxta solitum, absque exceptione aliqua, aut temporis limitatione, in creditum ipsius Auditorii, et ad dispositionem ejus Depositarii teneatur deponere. In compensationem vero jurium pro admissione Notariorum eidem Auditorio competentium, præter præmissam præstationem annuam, statuimus, quod quilibet ex Notariis, prævia scientia dicti Thesaurarii, ab Auditorii hujusmodi Decano approbatus, ab eodem Decano patentes literas obtinere, et recipere, ac pro admissione ad officium, summam juxta solitum centumviginti scutorum monetæ

Prospicitur emolumentis debitis Tribunali S. Rotæ ex proventibus Notariorum, eorumque admissione.

romanae, eidem Auditorio inter illius Auditores dividendam solvere debeat. Ad quod onus etiam Notarius praesidens teneatur, nisi fuerit ex Collegio Notariorum assumptus, itant in primæva sui admissione ad Notariatum, illud subiisset. Reliqui vero, Substitutus videlicet, Adjutor, et Novitius, pro ipsorum patentibus literis, seu admissionibus aliqua jura minime solvant.

Auditorio S. Rotæ servatur jurisdictio super personas Officialium, et R. P. D. The-saurarii tribuitur auctoritas quoad œconomicam.

§. 16. Cæterum, ne ex præmissis super regimine ditorum officiorum, aut alias, aliquod jurisdictionum suboritur dubium, generaliter præcipimus, et declaramus, omnem auctoritatem super officiis ipsis, Notario præidente, aliis quatuor Notariis, Substituto, Adjutore, et Novitio, circa justitiam, acta judicialia, illorum scripturam, et directionem causarum, independentem a quolibet, ad idem Auditorium pertinere; quod vero ad œconomicum, proven-tuum exactionem, et rationum redditiones, et id genus alia spectat, id totum a Thesaurario Generali ipsius Cameræ dependeat, qui more Camerali, et utendo manu regia, Notarios, etiam præidentem, et ministros ad computorum redditiones, et solutiones adigere valeat. Quamvis etenim, minime ambigendum sit, quin idem Thesaurarius Generalis, et Auditorium hujusmodi, illiusque Decanus, quorum mutua cura in id tendere debet, ut in iis officiis, Curia et litigantibus optimum exhibeatur servitium, unanimiter reos quosque, etiam privatione munerum essent puni-turi, attamen, si culpa, ut præfertur, erit quoad justitiam, acta, et causas, jus erit Auditorii, seu Decani illam pro-merita pœna vindicare. Quoties vero de-præhendatur quoad œconomicam rem defectus aliquis, in Thesaurarium Gene-rale illius emendatio spectabit.

Notariis eodem tribuuntur facultates, quibus ceteri Notarii Urbis pol- lent.

§. 17. Demum ad asserenda ordi-naria eorundem Notariorum jura, statuimus pariter, et declaramus, ipsos Notarios facultatem habituros stipulandi, et sese rogandi, nedum in actibus dependentibus a causis vertentibus in præ-dicto Auditorio, aut ab eo decisis, sed in quibusvis aliis ad instar aliorum Curiae Cameræ Apostolicæ, et Capitolinæ, ac Tribunalis in Urbe Vicarii Nostri in spiritualibus Generalis, Notariorum; et quatenus opus sit, facultatem hujusmodi dicti Auditorii Notariis pro tempore existantibus, de novo, et ex integro in per-petuum plenarie concedimus et imper-timur: ipsi autem, cum rogati in qui-busvis actibus sese subscribere debebunt, hac utentur formula = *NN. unus e Col-*

legio Notariorum Sacræ Rotæ = quæ vero receperint emolumenta in com-munem massam referantur, ac in me-moratis libris = *Computorum, et Rece-ptorum* = adnotentur.

§. 18. Præsentem autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam eo, quod quilibet in præmissis interesse ha-bentes, vel habere quomodolibet præ-tendentes ad præmissa minime vocati, et auditi, minusque causæ, ob quas eadem præsentem emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nul-lo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis gravi, inex-cogitato, et substantiali, sive etiam ra-tione enormis, et totalis læsionis, aut quocumque alio prætextu, vel jure, seu etiam ex quavis causa, quantumvis ju-xta, rationabili et privilegiata, ac tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, no-tari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari posse, neque ipsas præsentem, sub quibusvis si-milium, vel dissimilium dispositionum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis ordinationibus, pro tempore quomodolibet faciendis, compræhendi, sed semper ab illis exceptas perpetuo, validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomo-dolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari: sicque, et non alias in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque Judices ordinarios et delegatos, ac pro tempore existentem Thesaurarium Generalem dictæ Came-ræ, ac etiam ejusdem Palatii Nostri Apostolici Auditores, et ipsius S. R. E. Cardinales etiam Camerarium, sive de latere Legatos, ac quosvis alios, quali-bet auctoritate et potestate fungentes, in quosvis alios, qualibet auctoritate et po-estate fungentes, in quavis causa et instantia, sublata eis et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facul-tate, et auctoritate, judicari, et defini-ri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis anthori-tate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula su-blata, et decre-tum irritans.

§. 19. Non obstantibus præfati Pau-li V et Clementis X nec non Benedicti XIII. etiam prædecessoris Nostri inci-pien. *Quum nostrum*, aliisque quorum-vis Romanorum Pontificum prædecesso-

Derogatio con-trariorum.

rum Nostrorum Constitutionibus, et Ordinationibus, ac Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non erectionibus dictorum officiorum, et eorum concessionibus, acquisitionibus, gratiis, privilegiis, facultatibus, et indulgiis quibuscumque, alias motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus per prædecessores eosdem, sub quibusvis clausulis et decretis, ac derogatoriis derogatoriis, irritantibusque decretis quomodolibet concessis: quibusvis omnibus et singulis, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et plenariæ præsentibus executionis, hac vice, harum serie derogamus, et derogatum esse volumus.

§. 20. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, absolutionis, revocationis, suppressionis, extinctionis, abolitionis, et applicationis, appropriationis, præcepti, mandati, statuti, declarationis, facultatum concessionis, et impertitionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXII. v. Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri anno quinto.



CCCLV.

Dat. die 28.
Febr. 1763. An-
no V.

Prævia derogatione Constitutioni Benedicti XIV. die 21 Decembris 1744. super reformatione Tribunalium, statutur ut Judices recursus in Civitate, et territorio Spoletano percipere possint propinas, dummodo eæ non excedant taxam a Judicibus ordinariis exigi solitas.

Benedictina Constitutio de qua sermo est in præsentibus, perlegenda est in Bullario illius Pontificis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**a profecto est rerum humanarum ratio, ut omnia, et singula, quæ alias a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris sapientissime, ac providentissime constituta, et veluti in perpetuum ordinata reperiuntur, variatis vicibus, sublatisque eis momentis, propter quæ sic constituta, et ordinata illa fuerunt, aliter juxta salutarem providentiæ ordinem disponantur, ac statuuntur.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum Priorum Residentium, seu Communitatis, et hominum Civitatis Nostræ Spoletanæ Nobis expositum fuit, quod atenta dispositione Constitutionis super reformatione Tribunalium a fel. rec. Benedicto Papa XIV. prædecessore Nostro anno Incarnationis Dominicæ MDCCLIV. xxii Kal. Januarii, Pontificatus sui anno quinto, incipien. Romanæ Curia ec. et præsertim paragraphi xii = Item = Exceptis causis = cujus vigore in causis recursus, præscriptum reperitur, ut a Judicibus Subdelegatis procedatur absque ulla exactione, seu perceptione propinæ, et registri = omnes causæ in gradu recursus pendentes ad Communitatem, et homines prædictos remanent indecisæ, aut suspensæ, quia Judices Subdelegati, neque causarum hujusmodi cognitionem sibi assumere, minusque illas definire curant, atenta prohibitione exigendi propinam, quæ tamen in ipsis causis semper persolvenda venit Judicibus ordinariis, qui procedunt in prima instantia, non obstantibus aliis emolumentis, quæ aliunde percipiunt, quibus Judices Subdelegati, seu recursus privati existunt, ipsi exponentes ex hujusmodi prohibitione magnum detrimentum recipiunt, dum ter-

Proœmium.

Exponuntur
incomoda ob-
venientia ex
suppressa Ju-
dicibus recur-
sus propinæ
perceptione.

centæ, et ultra eorum causæ multo ab hinc temporæ suspensæ, et indecisæ, ut præfertur, numerantur, quoniam ab Auditoræ Signaturæ Nostræ Justitiæ pro tempore existente, præviis pluries editis, et iteratis decretis observantia ejusdem Constitutionis semper præscripta, et ordinata est, ac consequenter Judices Subdelegati, vel commissiones sibi demandas, aut subdelegationes de eorum persona factas, suscipere, aut causas prædictas cognoscere, et fine debito terminare negligunt; in hoc rerum statu dicti exponentes per Nos sibi opportune provideri plurimum desiderant.

Pontifex reformata in hac parte Benedictina Constitutione, Judicibus recursus facultatem tribuit perceptionis propinarum, dummodo non superent eas, quæ Judicibus ordinariis persolvuntur.

§. 3. Nos eorumdem exponentium votis hac in re, quantum in Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, auditis informatione, et voto Venerabilis Fratris Vincentii Episcopi Spoletani, ac dilecti filii Magistri Dentici, Civitatis Spoletanæ prædictæ, ejusque Comitatus, et Districtus Gubernatoris, licet per dictum paragraphum XII memoratæ Constitutionis Benedicti prædecessoris prædicti super reformatione Tribunalium editæ præscriptum, cautumque reperiat, ne Judices deputati in causis recursus propinas, et registra recipiant, cui quidem paragrapho per præsentem quoad causas recursus ad Communitatem, et homines prædictos dumtaxat spectantes, et pertinentes, auctoritate, et tenore præsentium derogamus, ac insuper auctoritate, et tenore præsentis concedimus, volumus, et mandamus, quod in causis recursus ad Communitatem, et homines hujusmodi spectantibus in posterum judicandis, procedi valeat cum solutione propinæ, aut sportularum, ita tamen, ut hujusmodi emolumenta ab Judicibus Deputatis percipienda non sint iis majora, quæ Judicibus Ordinariis solvuntur in prima instantia.

Clausula sublatæ, decretum irritans, et derogatio contrarium.

§. 4. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Pa-

latii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus memorata Benedicti prædecessoris predicti, aliisque Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima octava Februarii millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno quinto.

CCCLVI.

Dat. die 8. Apr. 1763 Ann. V.

Prævia confirmatione præcedentium Apostolicarum Constitutionum, declaratur, Milites vulgo Corazzieri Lauretanæ Domui addictos, iisdem privilegiis, et exemptionibus frui debere, quibus cæteri servitio addicti prælaudatæ Lauretanæ Domui donantur.

Clemens Papa XIII.

Motu Propria

§. 1. Penetrati i Romani Pontifici Nostri prædecessori dallo zelo di propagare la divozione verso la B̄na Vergine Nostra Signora, e di tener viva la memoria dell' Incarnazione del Verbo, unico oggetto della nostra salute, e di ogni nostro bene, non si sono risparmiati d' indagare in ogni tempo i mezzi più confacenti a mantenere, e conservare il decoro, e lo splendore della Santa Casa di Loreto, chiamata una volta Nazarena, ove nel Seno purissimo della Beata Vergine fecesi Uomo il Figliuolo di Dio.

Romani Pontifices sedulo decori, atque splendori Lauretanæ Domus conservandis, et augendis incubuerunt.

§. 2. A tal fine fornirono quel santuario di moltissimi privilegj, esenzioni, e prerogative, e segnatamente Paolo V. di fel. ricordanza Nostro prædecessore con sua Bolla, che incomincia *Divina disponente*, volle, che tutti quegli, che servono alla Santa Casa, anche per ragione di qualsivoglia delitto commesso o in Ufficio, o fuori d'Ufficio non sieno soggetti ad altra giurisdizione, che a quella del Protettore della Santa Casa, nel cui luogo è succeduta la Congregazione Lauretana; privilegio, che molto prima era stato conceduto da Sisto IV. parimente Nostro prædecessore, con suo Motu proprio enunciato, e confermato in detta Bolla,

Enumerantur privilegia concessa iis, qui Lauretanæ Domus servitio erant addicti.

il quale motu proprio dichiara, che i ministri, e le persone, che sono addette al servizio della Santa Casa debbano essere esenti da qualunque giurisdizione ordinaria per ragione di delitto, o di contratto, o di cosa, ovunque sia commesso il delitto, fatto il contratto, ed esista la cosa controversa; disposizioni, che furono confermate prima da Innocenzo XII., poi da Benedetto XIV. Nostri predecessori, questi nella sua Bolla, che incomincia *Humilitatis Nostrae*; quelli in occasione, che eresse la Congregazione Lauretana con sua Bolla, che incomincia *Sacro-sancta Redemptionis*.

Declaratur, Milites nuncupatos Corazzieri inter continuo addictos servitio Lauretanae Domus esse accensendos.

§. 3. Ciò non ostante si è preteso dai Giudici ordinarij di poter controvertere ai Corazzieri della Santa Casa il privilegio del foro per rapporto ai delitti commessi fuori di Ufficio, e ne' luoghi delle rispettive giurisdizioni, sul supposto, che non servino di un servizio vero, attuale, e continuo, quale richiedono le nominate Bolle; senza riflettere, che non sono i Corazzieri Soldati di solo ruolo, e di puro nome, ma sono realmente addetti, e rendono utili alla Santa Casa per l'obbligo, che hanno di occuparsi in varie funzioni, e fra l'altre di scorrere in certi tempi le spiagge vicine in difesa di quel Santuario, perciò nell' Anno 1734. siccome non erano di un numero sufficiente per rendere un pieno servizio alla Santa Casa, furono accresciuti fino a ducento. Posto adunque, che la Compagnia de' Corazzieri sia un Corpo non di puro nome, e di sola comparsa, ma utile, e di actual servizio, e come tale sia compresa nelle Bolle divise, non può controverterselo il privilegio del foro, o si tratti di delitto commesso in Ufficio, o fuori di Ufficio, nel Territorio, o fuori del Territorio di Loreto, conforme con lettere di Segreteria di Stato dichiararono Clemente XII., e Benedetto XIV. di fel. ricor-dazione.

Adeoque Milites ipsi, iisdem privilegiis donantur, ac ceteri Lauretanae Domus inservientes.

§. 4. Perciò volendo Noi provvedere ai disordini, che continuamente accadono per causa di detta pretensione dei Giudici ordinarij, confermando in tutte le sue parti le nominate Bolle di Benedetto XIV., d' Innocenzo XII. di Paolo V., e Motu proprio di Sisto IV. Nostri predecessori, avendone qui per espresso, e di parola in parola registrato l' intero tenore, di Nostro Motu proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, dichiariamo, e vogliamo, che la Compagnia de' Sol-

dati Corazzieri della Santa Casa di Loreto, e ciascheduno di loro sia esente da ogni giurisdizione ordinaria per ragione di qualsivoglia causa anche di delitto in Ufficio, o fuori di Ufficio, ed in qualunque luogo commesso, e che dette cause tocanti in qualche modo le persone, e cose de' medesimi Corazzieri non possano conoscersi da altri Giudici, che dal Governatore di Loreto, e dalla Congregazione Lauretana. Essendo così mente, e volontà Nostra espressa.

§. 5. Ordinando, e decretando, che alla presente cedola di Motu proprio, benchè non esibita, ne registrata in Camera, non possa mai darsi, nè opporsi di surzezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, ed altri pretesti quantunque validi, e validissimi, e giuridichi, anche di gius quesito, e pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, moderata, ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l' aperizione Oris, qualunque rimedio, e che così debba sempre giudicarsi da qualunque Giudice, Tribunale benchè Collegiale, Congregazioni anche de' Rm̃i Cardinali, Camerlengo di Santa Chiesa, Tesoriere, Rota, Camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi fu d' adesso nullo, irritato, ed invalido tuttociò; che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra Cedola di Motu proprio, quale vogliamo, che debba aver sempre il suo vigore, e pieno effetto con la semplice Nostra sottoscrizione.

Clausula subla-ta, et decretum irritum.

§. 6. Non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de Registrandis, la regola della Nostra Cancelleria de jure quæsito non tollendo, e qual-sisieno altre Costituzioni, e Ordinazioni Apostoliche, leggi, statuti, usi, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra Cedola di Motu proprio ampiamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì xxviii. Aprile MDCCLXIII.

Derogatio contrariorum.